
9 Ju h


XXII
F
52
BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
F
52
NAPOLI


141



DE COLLECTA,
SEV
BONATENENTIA
IN HOC REGNO NEAPOLITANO
Tractatus absolutus, ac singularis.


In quo variæ, ac multiplices Quæstiones Vniuersitatibus perutiles, frequentes, ac necessariæ, luculenter, ingeniosè, ac dissertissimè pertractantur.

Opus quidem omnibus Iudicibus, Aduocatis, alijsque in foro versantibus, ac omnibus Iuris Diuini, Canonici, Ciuilis, ac Regni Neapolitani Studiosis apprimè vtile, ac pernecessarium.

AVTHORE
NICOLAO ANTONIO MAROTTA I. C. NEAPOLITANO
Patritio Tarentino, & in his Supremis Tribunalibus Aduocato præstantissimo, ac Summo Practico.

Nunc primum in lucem prodit.

Cum Sũmarijs, & Indice iuxta seriem Alphabeticam disposito.



Neapoli, ex Typographia Secundini Roncalioli. 1642.
SVPERIORVM LICENTIA.

Illustrissimo Domino

ANDREAE MARCHESIO,

SAC. CONC. PRAESIDI MERITISS.

Omniumque hac nostra, Patrumq; ætate Iuris Consultorum Princip.,& in Nobilissima, ac florentissima Neapolitana Academia Acutissimo, Profundissimoq; feudorum Interpreti.

IO. FRANCISCVS MAROTTA I. C. NEAP. Patritius Tarentinus, & Eques auratus P.



AD alatum Præsidem venit hæc parua mei genitoris Opella iacẽtis in tumulo, vt Parthenopæum posthac mirari desinamus Architam, qui ligneam ad astra subleuauit molem; cum Tu arida ossa erigere possis ad gloriã; ita rediuiuus à te Parens meus Phœnicis sortietur ortum è cinere, vt vera prudẽtum sit fama dicentium, non tam corpus includi in tumulo, quàm nobiliores animũ sortiri cunas. Nec me terret Icari casus, quem submersis illis in mare alis gentilicio notas in stemmate; nam potius laborum iter mihi pandis ad gloriam; quo lucu-

brationes hæ mei genitoris, si patrocinij tui portum aliquando tenebunt, felicissima nauigatione peruenient. At verò Icari mihi imponerem Alas, si tuorum clarum gentilicium vellem ascendere Cælum, si à Comitibus Molitij, magnoq; Galilææ Principe Tancredo temporis serie Heroum vellem dicere Elogia; vnū pro cunctis fama loquatur. Te te Illustriss. vir produco, quem singularis virtus in eū locum extulit, vt inter Reipublicæ lumina, tanquā mortalis quidā Deus enites; sed quia de hoc satius esse iudico tacere, quàm pauca dicere, offeram mei amantissimi Genitoris tibi (dum viueret) præstita obsequia, nūc autem labores hos posthumos læto accipe animo; nam Phœbus paruam non dedignatur tributi lampadē, nec Mare riuuli censum, si tibi Ill. MARCHESIO dat Marotta hoc suæ seruitutis tributum. Vale.

IO. FRANCISCVS MAROTTA I. C. Neapolitanus, Patritius Tarentinus, & Eques Auratus

LECTORI BENEVOLO SALVTEM.



N tibi, candide Lector, Parentis mei amantissimi Opus, quod superioribus annis ad cõmune emolumentum typis mandare putabat; cum iuxta Platonis sententiam nõ sibi solum; sed etiam Patriæ, Amicis, & reliquis hominibus natus esse videretur. At quia suscitata fuit quæstio super hac materia Collectæ, seu Bonatenentiæ inter Vniuersitates huius Regni, & earum creditores annuorum introituum circa solutionem dicti oneris Bonatenentiæ, vt in ipso opere explicatur. Ideò supersedendum censuit, tum ratione muneris Aduocati, quo pro ipsis Vniuersitatibus fungebatur; tum etiam, vt re definita, illud subtilitate, ac vtilitate cumulatissimum, omnibusq; modis stabilitum, in sua graui ætate, post diuturnum Iuris studium, longumque causarum exercitium, commodius præstare potuisset. Quare iam dicto articulo ad Vniuersitatum fauorem deciso, iustum putaui opus hoc ingenio excogitatum, industria elaboratum, iudicio perfectum, omnibus denique numeris absolutum in publicum prodere, quod eo lubentius Auctor id facere statuerat; quod videbat non vulgarium rerũ tractionem existere; sed earum, quæ difficultatem maximam habent cum vtilitate cõiunctam. Nec mireris, si aliquando omnes ex antiquioribus, & recentioribus opiniones ordinatim referat, & plerasque refutet; cum id animo fecerit beneuolo, quo veritatem inuestigare, indefessa diligentia, ab ineunte ætate cepit, vt multorum

opinionibus ob oculos positis (aduersus quos enixè, ac modestè agit) facilè veritas illucescat, atque æquiora semper, & vero similiora probentur, ne quasi auis eo cum alijs volaret, quo vnus volauerit; nam & eos irridet Plato 6. de Republica, qui nil aliud docendum putant, quàm multorum sententias, in quibus consentiunt, atque hanc sapientiam vocant. Hoc igitur fructuosum Opus (doctissime Lector) eo, quo soles animi candore accipe, ipsumque lege, ac relege, opus paruæ quidem molis, ac laboris magni, vtilitatis immensæ, operæ non pœnitendæ, in quo plurimos, difficilesque legum articulos verissimè enucleatos percipies, scribentium nodos solues, eorum lapsus emendabis, & quamplurima hic noua, scholasticæ, & forensi vtilitati coniunctissima tibi occurrent, quæ decies repetita placebunt, quatuor alia volumina (benignissime Lector) Controuersiarum duo, Variarum Iuris Conclusionum alia, quàm primum expecta, in quibus arguta inuentione, iudicij maturitate, sententiarũ grauitate, argumentorum abundantia, mira facilitate, non mediocri stilo, quæ prope diem edi poterunt, in tuam gratiam libentissimè insudauit. Hoc interim fruere, & vale.

ILLVSTRISSIMO VIRO
ANDREAE MARCHESIO S. C. PRAESIDI DIG.mo
& in amplissimo Neapolitano Gymnasio Iuris Feudorumm
Interpreti clarissimo.

V. I. DD. Neap. Don Antonius Marotta Protbonot. Apost. & Io. Carolus Marotta fratres Patritij Tarentini.

QVod Genitor perfecit opus tibi Natus vterq;
Dauouet, excelsi Maxime Iuris Atlas.
Stemma, fremens, gentilitium, struit vnda Marottæ;
Construit, vndosum, si tibi, stemma, Mare.
Illius ergo labor iuris tibi iure dicatur,
Præstat enim obsequium quælibet Vnda Mari.

In Opus de Collectis Nicolai Antonij Marottæ I. C.

ILL.mo ANDREAE MARCHESIO S. C. PRAESIDI,
& in Almo Studio Neapol. Iuris Feudorum Magistro à Io.
Francisco Marotta filio Iuri peritissimo Dicatum.

IOANNIS THOMAE GIOVINI.

EPIGRAMMA

SVnt Mare, sunt fluctus Marchesia Stemmata gentis
Et Mare pro censu flumina cuncta capit.
Ecce Marotta salum paruum est, promptusq; laborat,
Ferre suo properans parua tributa Mari:
Collectasque legit primi pro munere census,
Lex eadem vt census, censibus vna foret.
Fronte hilari, Andreas, census cape dona, recurrent
Virtutum Oceano hinc, mille tributa tuo.

b Parenti

Parenti Optimo Nati Beneuoli

V. I. DD. Neapolitani Don Antonius Marotta Prothonotarius Apostolicus, & Ioannes Carolus Marotta Patritij Tarentini.

OCeanum iura esse ferunt; quorum alta vorago
Obruit, & mentes irrequieta vorat,
Tam vasti Maris ecce Marotta coercuit ausus,
Cui dedit hoc victum nomina clara Mare.
Decipitur, iuris claudi, qui finibus vndas
Denegat. Oceanus en capit Oceanum.

Nicolaè Antoni Marotta,

— Idem est de te sermonem habere, atque elogium dicere:
de te non potest quisquam verba facere, nec encomia fundere.
vnde est præ te dictioni cognata laudatio,
Commemoratio nubit Panegyrico.
Iuxta sanè desperem expingere viduum luce Solem, Sole orbum diem,
Ac te laudum expertem excribere.
nequit tacitè omitti decor tuus, nec tu;
Sed enim penitius in te tua virtus insedit, quàm vt quæsita, non innata videatur;
adeoq; naturæ faciem induit,
Vt sæpe obijciat amabiles errores, instruat pretiosos dolos.
Tuorum claritas Maiorum fuit diluculum tuæ.
Lumen, quod in ijs non opus tibi fuit accendere, euentilasti;
inq; auitæ fortunæ rota ingenij aciem acuisti.
Sublime ortus euolasti non ægrè;
Et quandiù alij excitabantur ex humo, tuos ipse volatus tenebas;
nec tibi volaturo rudimentum fuit, repsisse.
Inter Patritios ergo Tarentinos, videri potuisses Tarenti Pater,
illud enim edidisses in lucem, ni repetisses editum;
Vt nempe te nobilitaret non modo natalium speciosa temeritas,
Verum etiam collati virtutum calculi,
hoc est
Magnus non tantum dicerere, sed esses.
Minus gratè olent spontis suæ flores, quam satiui.
Omnes verò Musæ te amarunt, vnis tu legiferis respondisti amore,
haud tamen ad has familiariter adjisti, insalutatis alijs,

Nam

Nam facultates omnes habuisti amicè, iuris prudentiam intimè.
Quare in foro nulla tibi gloria non adiudicata est,
ac te Patrono,
In controuersiam vocabantur aliena iura, non tua decora;
non enim auaritiæ accusabare, cum defenderes,
Et tua patrocinia, cum essent aurea, non mutabantur argento
ita, cum fortè clientes cadebant causa, tu tua non deturbabaris ex fama,
Et nemo potiebatur iure, nisi iure.
Adeo leges simul explicabas Iudici, simul tuo condebas affectui,
pariter Iuris, & Iustitiæ peritus.
certum videlicet tibi erat, Patroni esse fas,
Non solum esse scientem legum, sed etiam compotem libidinum.
Gaude igitur, qua perfunderis posthuma luce.
& illa quidem superante tumuli vmbram,
proinde secura occasus.
Scriptum .n. tuum tibi superstes de Collectis, collectis à te plausibus scatet,
qui post sepulchri fata dum viuunt, spondent, fore, vt nunquam intereant,
perfuncti iam supremo periculo,
ac vindicati, vt à mortis, ita ab obliuionis silentio.
Et vero, quæ non desinit esse fœcunda, proximè immortalitatem est mors;
immo non est sublatus è viuis, qui adhuc est in parituris.
Hoc tibi quid quid est encomij,
TARENTINA CIVITAS vouet;
parcè quidem Iurisconsulto egregio, modestè Patritio suo.
quippe rarius laudatio perit, quòd plura silet, quàm quòd loquitur plura.
Saltem est suspectus modicæ laudis,
Cum suspicio est, an quidquam ei det mutuum adulatio.
in Panegyrici laude est, relinqui locum additamento lectoris.

Ad Ill. Virum Nicolaum Ant. Marotta
I. C. Neap. præclarissimum, ac Patritium Tarentinum.
Francisci Mele Bitontini I. V. D.
Nicolaus Antonius Marotta
Anagramma.
Sacra iura non nota soluit.
Disticon.
Qui dubias dicis leges, perquire Marottam
Non nota *hic* soluit, *nam* sacra iura *tibi*.

Ad Consultissimum, Celeberrimumque I.C. Neap. Nicolaum Ant. Marotta Patritium Tarentinum.

D. Francisci de Vico, & Leyua V. I. D. Patritij Beneuentani.

Epigramma.

EDitur hic tandem, mira tñ artę libellus,
Et cultum è docto pectore surgit opus.
Iura foro reddit, componit legibus Orbem,
Et noua mentito prælia Marte gerit,
Quæ fuit Authoris vidi facundia linguæ
Aurea cum potuit tam bene penna loqui.
Scilicet hac tolli potis est super Æthera pēna,
Hanc vellet pennis addere fama suis.

Idem ad eundem.

IT tuus Ausonijs liber hic celeberrimus oris
It liber ingenio, nec latet ille tuo.
Fortunate Heros, etiam post fata superstes
Lethaca nunquam cogeris ire Rate.

Ad Clarissimum, primiq; nominis I. C. Neap. Nicolaum Antonium Marotta Patritium Tarentinum.

Caroli de Marra V. I. D. Neapo.

Epigramma.

O Iubar Hesperiæ mollis lux alma Tarēti,
Vrbs nimis ingenio facta superba tuo.
Olim lacteolum celebrauit fama Galesum,
Proxima qui fluctu culta Galesus arat.
Detinet Vrbs post hac iactare fluenta Galesi,
Nam fluit è calamo lactea vena tuo.

Ad Virum Clarissimum Nicolaum Ant. Marotta V. I. D. ac Patritium Tarentinum.

Ioannis Dominici Gomez Nobilis è Burgos. Hispani, Philosophiæ, ac Medicinæ Doct. & Almi Medicorum Collegij Neap. Prioris.

Epigramma.

QVa Leo iustitiā, qua frenat scorpius, illa
Ne properā supero carpat ab axe fugā,
Tu tamen Erigonem nostras deducis in oras,
Italiam certa dum benè lance regis.
Astream supero, sed dum deducis ab axe,
Sedibus ætherijs inseris ipse caput.

Ad Præstantissimum, ac Doctissimum Virum Patritiū Tarentinum I.C. Neap. Nicolaum Antonium Marotta.

Alexandri Giannettasij V. I. D. Neap. eiusdemque Authoris Alumni.

Nicolaus Antonius Marotta.

Anagramma.

Hic homo natus vt alter Iason.

ELoquio pollens Iasone disertior ipso,
Exhibet intrepidos iura Marotta reos.
Proditur hic terris homo natus vt alter Iason
Nominis id versi grammata versa ferunt.
Æqua geret, rectam librabit pondere lancem,
Qui tanti sequitur dogmata sancta viri.

Imprimatur Alexander Russus Canon. Vic. Gen. Neap.

Reuerendiss. Dñs Aloysius Riccius Episcopus Vici AEquensis vidit.

Illustrissime, & Excellentissime Domine

ORdine V. E. perlegi Eloquentissimum, & elaboratissimum Tractatum de Collectis insimul eum Doctissimis, ac luculentissimis Responsis in arduis Illustrium virorum Controuersijs pro veritate, & iustitia redditis per Celeberrimum, ac solertissimum I. C. Nicolaum Antonium Marotta, in quibus profecto stili elegantia, doctrinæ profunditas, ac summa ingenij acies intuetur. Quare ipsa legali Reipublicæ admodum vtilissima esse arbitror, & cum nil iuri publico, ac bonis moribus aduersari comperiatur, iustissimè prælo dari posse fateor, si ita Excellentia sua dignetur mandare, cui ex debito post manuum oscula precor felices annos. Datum Neap. ex nostris Aedibus die 12. Mensis Maij 1637.

V. E. *Fidelissimus seruulus* Io. Baptista de Thoro.

Vidit Arias de Mesa Reg. Consil. Delegatus pet S. E. pro reuisione Librorum.

Imprimatur

Tapia Reg. Brancia Reg. Zufia Reg. Casanate Reg.

Prouisum per S. E. Neap. die 15. Maij 1637. Tagliauia.


NICOLAVS ANTONIVS MAROTTA I.C. NEAPO. PATRITIVS TARENTINVS ÆTATIS SVÆ ANNOR. 64 OBIIT AN. 1634.

PRAEFATIO.




Voniam, vt inquit Imperator in l. si quis filium post princ. C. de inoffic. test. in l. 4. C. de defensor. Ciuit. & in l. inter claras §. reddentes C. de summa Trinit. & fid. Cath. Princeps pater publicus appellatur, & eius Supremi Consiliarij pars mystici corporis Principis dicuntur; vt ait similiter Imperator in l. quisquis in princ. C. ad l. Iuliam Maiest. glos. in verbo familiares, in c. cum dilectus de clericis non resident. de Ponte in tract. de potest. pro Reg. tit. de assens. reg. §. 5. nu. 32. in fin. & 33. Io. Bapt. Costa in tract. de retrotract. cas. 5. in cap. 8. nu. 18. ac Princeps inter eos connumeratur l. ius Senatorum, C. de dignit. lib. 12. Bobadilla lib. 1. politic. cap. 5. nu. 21. Proreges autem Principes reputantur, eorumque vice funguntur, Mastrill. de Magistr. lib. 5. cap. 6. nu. 30. & cum proprium sit Principis amore prosequi subditos, affectuq; paterno, tanquam filios, & nepotes diligere, & nil tam proprium ipsius, quàm bonum publicum, & suorum subditorum vtilitatem quaerere, l. Imperialis, in princ. C. de nupt. copiosè Burgos de Paz ad leges Tauri, in probemio nu. 440. Ioseph. Ramon. cons. 24. nu. 60. in fin. Verum prius vtilitatem Reipublicae, quàm singulorum cogitare, vt inquit Bartol. in Auth. de haeredib. & Falcid. in princ. nu. 4. vers. secundò nota. Hinc Illustriss. & Excellentiss. Dominus Dux Albae tunc huius Regni Prorex innumeras Vniuersitatum miserias respiciens, vt nec fiscales functiones exigi possent, earumq; Ciues à diuersis creditoribus adstricti pro debitis Vniuersitarum, nedum proprijs, quàm vilissimo pretio sua bona alienare coacti fuerint, quin etiam plerique in carceres detrusi quam miserè obierint, dum Vlpianus in l. 1. ff. de liber. homin. exhib. non aequum esse arbitratur liberos homines à quocunq; retineri, ac multo minus eos in carceris squalore contabescere, & vt ait Iuris Consultus in l. in pecudum, ff. de vsur. quaecunque natura produxit, ea omnia hominum gratia comparauit, vtque tradit Diodor. Sicul. lib. 1. cap. 8. Baccalor. Aegyptiorum legislator noluit ad aeris alienis solutionem, carceris necessitate, debitores cogi posse; nihil enim inhumanius existimauit, nihil vtilitati publicae magis aduersum, quàm creditorum auaritiae, atque atrocitati, Ciuium corpora addicere, quae speciali, & eximio quodam priuilegio Reipublicae deseruire oportet, dum saepè publicis muneribus, tam pacis, quàm belli tempore destinantur. Vnde excogitata pietatis via, missis calamitatum exploratoribus, innumeris editis edictis, Ah faustis laribus, cum ad tam maximum, & ad ipsius Reipublicae sustentationem respiciens huius Regni Prorex opus efficiendum, tanto fastigio laborum, tantae sollicitudini sufficientem elegit Illustris. Marchionem Belmontis Carolum Tapiam Supremi Regij Concilij virum consularem ter iustum, qui inter claras suae sapientiae laudes, tanquam aliquid Sydus irradiat illud beneficum opus, quo charitatis studio edoctus, publicis prospexit commodis (quem Statum vocant) & meritò nihil aptius in illa obscurissima calamitatum caligine lucidum beneficij praecederet Solem, quàm

quàm Dux Albæ, & nunquam lex fuit suggesta TAM PIA, quàm à TAPIA. Hinc Vniuersitatum creditores, etiam adhibito immunitatis pacto collectas de redditibus, quorum ante Regiam Pragmaticam decem, & exinde septem aureorum pro singulis centenis exegerunt censum, ipsis Vniuersitatibus tanquam bonatenentes soluere tenebantur; sed hoc ob ingentes creditorum clamores suspensum edictum; res sub concilio iterum posita Regij Præsidum Patrimonij, qui noua darent suffragia; nec dum ad finem hoc redigi poterat ob Ciuium desidiam, qui vexebantur, sed nunquam ob eorum confusionem ad vnicum reduci poterant patrocinum. Sed alium sortita Proregem Neapolitana Vrbs D. Parafan de Ribera Alcalanorum Ducem, qui doctrinis, & prudentia clarus properauit consultationem, vt omnium Oppidorum, Castrorum, Vrbiumq; fælicitas succresceret, vt benè dixit Plato. Beatam tum denique fore Rempublicam, cum aut Sapiens regere, aut Rex sapere cæperit, inde torpentes excitauit, sed inuius ad cursum, dum non peruenit ad perfectæ Reipublicæ fælicitatis Brauium, sed quis crederet sub Regimine Comitis Montis Regij, arduos salientes Montes facilem inuenimus tam laboriosi itineris cursum. Is autem cum primus mandasset, vt omnes Vniuersitates, & creditores præfixo temporis termino ad sua iura proponenda comparerent, vt ipsarum, & creditorum iuribus perpensis, ac rectè libratis, rectam cū voto consultationem habere potuisset. Tādem ex repetito ordine, denuo Vniuersitates, & creditores admonuit. Cum autem pro creditoribus accuratè quidem ac eruditè scripserit q. Doctor Ferdinandus Rouitus huius Regni deinde Secretarius, & ex eius allegationibus inter eruditissima Domini Scipionis Rouiti patris Regentis dignissimi ad Pragmaticas Commentaria, in Pragmatica 5. de censibus perspicitur, ac Michael *Zappullus* ad Pragmaticam de administ. rer. ad Ciuit. pertinent. S. 20. nu. 12. idem affirmauerit. Pro Vniuersitatibus verò nemo responderit, hoc mihi onus à Regio Collaterali Concilio, ac Regia Camera impositum fuit, ne ipsæ ex confusione ob ipsarum multitudinem defensionis auxilio destitutæ remanerent, in quo ad earum quoque beneficium plures maximæ vtilitatis quæstiones, vti corrolaria inserui.

SVMMARIVM.

1 Onerum genus triplex esse demonstratur Personale, Reale, & Mixtum.
2 Onus personale, quid sit, declaratur.
3 Onus merè reale, quid sit.
4 Onus merè reale, possessorem sequi affirmatur.
5 Onus merè reale, onus, seu munus patrimoniale quoque appellatur.
6 Onus verò mixtum quid sit, praeclare constituitur.
7 Hoc autem onus, siue munus mixtum collecta nuncupatur.
8 Onerum praedictorum distinctionem communiter à Doctoribus receptam esse ostenditur.
9 Onus, siue munus reale tripliciter consideratur.
10 Onera rursus in ordinarijs, & extraordinarijs distinguuntur, & quae sint declaratur, & num. 11.

Caput Primum.



1 Receptissima est in iure, & ab omnibus approbata diuisio, quòd triplex est onerum, siue munerum genus, Personale, scilicet, Reale, & mixtum; tex. est in l. munerum, ciuiliū triplex diuisio est ff. de muner. & honor. l. 1. & l. rescriptum. §. sciendum eod. tit.

2 Personale est, quod principaliter cū labore corporis animi, sollicitudine, ac vigilantia existit, & personę imponitur, diciturq; capitatio, quia per capita soluitur. glos. in l. fin. §. pen. vers. & à capitatione ff. de muner. & honor. l. vnic. C. de capit. ciui. lib. 11. Huius autem muneris exempla ponuntur in l. 1. & in d. l. fin. ff. de muner. & honor. tradunt Bart. in l. 1. num. 6. C. de mul. in quo loco, lib. 10. Bald. in l. omnes C. de periculo & com. rei vend. sub nu. 3. & cons. 408. col. 2. & cons. 420. num. 60. vol. 5. Iason. in l. placet col. 1. C. de sacr. sanct. Eccl. & ibidem Thom. Parpalia nu. 28. Federic. de Senis quaest. 151. nu. 3. Petr. Ant. Anguissol. cons. 52. nu. 1. lib. 3. Laderchi Imol. cons. 38. nu. 6. Ioannes Baptista Costa cons. 1. num. 209. & 210. & in tract. de ratione Ratae quaest. 158. Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 1. tit. des iustices, §. 42 in tex. iudire, imposer, nu. 26. & 27. col. 120. Menoch. cons. 9. nu. 13. lib. 1. Aegid. Thomat. in tract. de collect. pag. 20. Festas in tract. de aestimo, & collect. par. 2. cap. 1. nu. 12. abundè Franc. de Clapper. caus. 137. quaest. vnica nu. 9. & 14. Matt. de iurisdict. par. 4. cent. 1. cas. 11. n. 7. fusissimè Parcian. cons. 5. n. 22. & seq. vbi egregiè varia huius personalis muneris adducit exēpla. Alex. Raudens. de Analog. cap. 40. nu. 35. & seqq. Carpan. ad Statut. Mediolan. cap. 437. nu. 11. tom. 2. peregregiè Dominus Regens Carolus Tapia in rub. de constitut. Princ. cap. 4. nu. 36. Regens Moles in tit. de collect. q. 4. decis. 4. Gaill. obseruat. 51. lib. 2. Caroc. decis. 97. nu. 4. Guid. Pap. decis. 384. cum seq.

Ioseph. Sesse decis. Aragon.7.nu.9. Duard. de censib. par.4. quæst. 39. num. 3. in fin.

3 Alterum merè reale appellatur, in quo sumptus maximè postulatur, & rei, non autem personæ imponitur; sola enim res, & non persona obligatur. l. Imperatores ff. de publican.& vectigal. l. 2. & 3. C. de muner. patrim. lib. 10. l. 2. C. de annon. & tribut. eod. lib. exempla ponunt d. l. 1. & d. l. fin. ff. de muner.& honor. Bart. in d. l. 1. col. fin. C. de mulier. in quo loco lib. x. & in l. rescripto. §. fin. ff. de muner.& honor. Bald.& Ias. in locis supra relatis, Bertrand. cons. 53. vol. 1. par. posteriori, nu. 2. Laderch. d. cons. 38. nu. 6. Marta d. cas. 11. nu. 11 & seq. Anguissola d. cons. 52. nu. 1. Bocaccius in tract. de censibus par. 1. nu. 67. Clapper. caus. 42. quæst. 1. nu. 7. 8. & 9. Pacian. d. cos. 5. nu. 17. & cons. 7. nu. 60. Ioannes Baptista Costa de ratione Ratæ d.q. 158. Federic. de Senis d. quæst. 151. nu. 2. Bald. post Andr. in c. 1. col. pen. tit. quæ sint regal. Curt. iun. cons. 60. n. 4. & cons. 61. nu. 6. Dec. cons. 694. nu. 8. Cassan. d. col. 120. nu. 26. Regens Tapia d. cap. 4. num. 37. Menoch. d. cons. 9. num. 13. Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 73. nu. 2. & glos. litera D. Sesse d. decis. 7. nu. 1. & seq.

4 Hoc autem onus reale possessorem sicut hominem vmbra, & lepra leprosum sequitur, vt dicam infra cap. 5. num. 18. & tradit Ceuall. in pract. commun. contra commun. quæst. 76. nu. 20. & quæst. 36. num. 21. & 22. ex tex. in l. Imperatores, & in l. fin. C. sine cens. vel reliq. in l. hactenus ff. de vsufruct. Ludouic. Bolognin. cons. 4. nu. 6. Paris. cons. 52. nu. 1. Garzia de nobilit. glos. 6. nu. 9. Azeuedo lib. 1. tit. 3. lib. 11. nu. 8. cũ seq. Gaill. d. obseruat. 52. lib. 2. Raudens. d. cap. 40. n. 35. & seqq. Ioseph. Sesse d. decis. 7. nu. 1. & seqq.

5 Id quoque patrimoniale appellatur eò, quòd singulorum patrimonijs imponuntur, & onera realia alio vocabulo munera patrimonialia appellãtur. P. Duard. de cens. §. 4. quæst. 39. nu. 2 quicquid enim de re, vel propter rem soluitur, patrimoniale dicitur Antibol. in tract. de muner. §. multiplex, l. fin. §. patrimonium ff. de muner. Capiblãc. in prag. 10. de Baron. nu. 12. Octauius Gloritius in primo responso, par. 2. nu. 27.

6 Munus verò mixtum dicitur, quod habet onus sumptus, & personæ laborem tex. est in l. fin. §. mixta, ff. de muner.& honor. pulchrè Iason. in d. l. placet. Ioannes Baptista Costa de ratione ratæ d.q. 158. & hoc personis pro rebus, nempè ratione patrimonij, & facultatem singulorum imponitur, & nec reale, nec personale dicitur, Thesaur. decis. 164. & 257. Rolan. cons. 1. vol. 2. sed principaliter personas obligat; res autem in consequentiam, ita vt ad obligationem personarum obligatio rerum in consequentiam, tanquam pedissaque, & sequela accedere dicatur; ob priuilegiũ tñ fisci res omnes sui debitoris tacitè obligatas à lege pro eius debitis & actionibus personalibus habere dispositum est. l. aufertur §. fiscus, ff. de iure fisci, Bart. Bald.& Iason. ibidẽ; Clapper. d. caus. 42. q. 1. nu. 4. & seq.

&

& cauf.37.quæft.vnic.nu. 14. Natta conf.340.nu.10.& cõf.105. Soccin. cõf.74.in princ.vol.1.Ioseph.Sesse d. decif. Aragon.7.nu.10. Gaill.d. obseruat. 52. lib.2.Raudenf.d.cap.40. n.35.& seqq.Cassan.loco citato,col. 120.nu.26.& 27. Dominus Regens Tapia de constit.Princ.d.cap.4.n.38. Regens Moles sub tit.de collectis q. 4.decif.4.Hoc autem onus materialiter, siue naturaliter rerum; formaliter verò personarũ esse dicitur, Ofasc. decif.95.nu.46.Natta conf. 149.nu. 4.Rosenthal.de feud.cap.5. conclus. 73.n.2.littera D.& conclus.80.tit.de regal.littera B.vbi quam plures citat, Gaill. obseruat.52.nu.10. Pacian. d. conf.5.nu.18. & seq. Verum quia materia,& forma vnum constituunt, propterea munera mixta nominãtur, Bald. in l. propter C.de cession. bonor.& in l. prædia C.de fideicõmifs. Petr.de Vbald. in tract. de collect. in primo conf. col. 4. ad fin. verf.restat modo,n.8.& 9.idem Bald.conf.408. ad euidentiam, vol.2. & in l.1.col.6. C.de sent.quæ pro eo,quod int.Nicolaus Losęus de iure Vniuersitatum cap.9.n.19.Mattheus Brunus de cession.bonor.quæft.9. quartę quæstionis principalis,n.7. Menoch.cõf.9.n. 13.lib.1.Duard.d.S 4.quæft.39.n.4.

7 Et hoc munus, licet reale ratione subiecti possit nuncupari; cum pro illius modo indicatur. Festas. de collect.part.2.cap.1.n.5. & patrimoniale appellat glof.in l.rescripto S.sciẽdum in verbo,incolis, la prima,ff. de muner. & honor. & alios citat Octauius Gloritius in primo responso,p.2. num. 29. tamen collecta vocatur, & benè, quia personæ pro rebus patrimonij,habita contemplatione,imponitur, vt per glof.in l.rescripto S.fin. ff.de muner.& honor. Federic. de Senis quæft.151.nu.3.Festas.post alios, quos citat in d.tract.de collect. par. 2. cap.1.nu.4. Curt.iun.cõf.60. nu.4.& conf.61.num. 6. plenè Dec. consil. 694. nu.10.lib.4.Fab.de Anna conf.60.nu.1.& 2.lib.Regens Tapia de constit.Princ.cap.4. num. 42. verf.quædam, & nu.43.Pacian. conf. 7. nu. 59. Rosenthal.de feud.cap.5. conclus.73.num.5.

8 Et hanc magistralem distinctionem à Doctoribus communiter receptã, & approbatam dicunt Franc. de Clapper.cauf.42.quæft.1. num.5. & cauf. 37.quæft.vnica,Marta de iurisdictione d. par.4. cap.11.nu. 11.& seqq.Rosenthal.de feud.cap.5.tit.de regal. conclus.73.nu.2.& glof. litera D.Balzaran.de feud.tit. quæ sint regalia verf. extraordinaria collatio post Andr. sub nu.5.Luc.de Penn. in l.1.C.de discussoribus lib.x. num. 2. Surd. conf.146.num.19.lib.1.Andr. Gaill. pract.obser.lib.2. obseruat.52. nu.3.& seqq.Cassan. in consuet.Burgund.tit. des iustices rub.1.S.4.verb. indire,imposer.nu.26.Petr.Ant. Anguissol.conf.52.num.1.lib. 3. Franc. Marc.quæft.457.nu.5.lib.1. Ioannes Baptista Costa de ratione ratæ,quęst. 158.Pacian.conf.5.nu.1.Siluester in summa, in verbo,immunitas,il primo nu. 19. in 9. quæft. Sesse d. decif.7. num.1.& seqq.Duard.de censib.S.4. quæft.39.nu.2.& seqq.

9 Rursus munus reale, quod merè patrimoniale apellatur tripliciter considera-

deratur secundum Bart. in l. vnic. nu. 37. in vers. ista sunt triplicia C. de mulier. in quo loco. Doctor. in l. placet C. de sacr. sanct. Eccl. quandoque enim fit tributio de ipsa re, vt tributio rei vehicularis, vel nauicularis, l. 1. in principio, & in l. fin. §. patrimoniorum autē, ff. de muner. quandoque tributio fit de eo, quod percipitur ex ipsa re, veluti tertia pars fructuum. l. medicos C. de suscept. & arcar. cuiusmodi sunt tributa, quæ ex fructibus præstantur, & alia, quorum multas species connumerat Antibol. de muner. par. 4. §. 2. nu. 7. vsq; ad 20. Quandoque verò tributio ipsi rei in pecunia numerata, vel alia re, quæ non ex re obligata nascitur (sicuti sūt publicæ functiones) præstanda imponitur, de quibus in l. si pendentes §. si quid cloacarij ff. de vsufruct. & tot. tit. de censib. Clapper. ibid. nu. 6. Aloysius de Leo in d. l. omnia nu. 35. pulchrè tradit Dominus Regēs Tapia in tract. de constit. Princ. cap. 4 num. 42.

10 Porrò horum munerum alia sunt ordinaria; alia verò extraordinaria, l. cui muneris ff. de muner. & honor. §. qui muneris publici, ff. de vacat. & excusat. muner. l. 1. C. de indict. lib. x. Rosenthal. de feud. d. cap. 5. cōclus. 73. in glos. lit. E. ordinaria sunt, quæ certam perpetuam, vniformem, & inuariabilem habēt præstationem. l. 1. C. de vacat. public. muner. d. l. 1. C. de indictionibus lib. x. l. omnes C. sine cens. vel reliq. & ibi Bald. & scribentes l. in honoribus §. qui muneris publici, ff. de vacat. & excusat. muner. Bart. Bald. & alij in d. l. placet C. de sacr. sanct. Eccl. Gerard. Mazzoll. cons. 70. nu. 18. Ioannes Baptista Costa de Ratione Ratæ quæst. 158. Rosēthal. de feud. d. cap. 5. cōclus. 73. nu. 3. Pacian. d. cons. 5. nu. 12. & propriè sunt ea, quæ à lege, Senatus Cōsulto, vel Principum constitutionibus indicta sunt, Aegid. Thomat. de collect. pag. 6. nu. 4. & pag. 33. Natta cons. 139. nu. 12. lib. 1. Festas. de collect. part. 2. cap. 1. n. 29. Franc. Marc. quæst. 471. num. 9. part. 1. Dominus Regens Tapia de constitut. Princ. cap. 4. nu. 39. Surd. cons. 146. nu. 19.

8 Don Franc. Merlin. controuersiarum forensium, centur. 1. cap. 4. nu. 3. Quapropter canonicæ quoque, legalesq; præstationes appellantur, & nemo ab illis excusatur. d. l. 1. C. de indict. & d. l. in honoribus, §. q. muneris publici, ff. de vacat. l. fin. C. de muner. patrimonial. Reg. Molos d. tit. de collectis qu. 4. decis. 4. vers. quo verò ad alia munera. Luc. de Penna in l. oēs omnino C. de annon. & tribut. lib. x. nu. 2. Clapper. d. caus. 42. q. 1. num. 8. & sub num. 14. vers. quartum, Aloysius de Leo in l. omnia C. de Episcop. & cler. nu. 32. Franc. Marc. decis. 457. n. 30. & decis. 471. nu. 9. part. 1. Ioannes Ant. Niger in cap. Regni porrecta, nu. 67. Ioannes Petr. Moneta in tract. de decimis, cap. 9. quæst. 3. nu. 127. & ad quoscumq; res transeunt, cum onere suo transeunt, l. 2. & ibi glos. & l. qui immunitatem, & l. professio C. de muner. patrim. lib. x. Natta cons. 150. & 160. Ruin. cons. 111. nu. 23. vol. 5. Pacian. d. cons. 5. nu. x.

Præterea aliquando ordinarium munus certam habet annualem præstationē

cum subdito conuentam, extra tamẽ publicæ necessitatis casum. Illud tamen nõ dicitur munus, quod necessariò lege, & imperio subimus. l. munus ff. de verbor. signif. sed ex cõsensu sub certa quantitate debetur, quæ præstatio mediante nouo consensu, aut ex Principis indulgentia augeri, ac minui potest, de qua præstatione loquitur tex. in l. fin. §. præterea de muneribus, & tot. tit. C. de annon. & tribut. quæ maximè pro Curiæ necessitatibus, aut rei priuatæ Cæsaris deputatur, l. fin. C. de collat. fund. patr. lib. x. super quo ante indictionẽ pro singulorum viribus præcedere debet ascriptio, & de hoc munere sentit Alex. cons. 52. nu. 6. & per tot. lib. 5.

Extraordinaria verò sunt, quæ secundum casus, & occurrentes necessitates imponuntur, vt publica obsequia expediantur, & hæc mixta dicuntur; quia personis pro rebus imponuntur, & pro vnaquaque collecta noua nascitur obligatio, ac præstatio, & ideo variabilem appellant, Paul. de Castr. in d. l. Imperatores, nu. 3. Bald. in d. l. fin. col. 2. vers. tunc autem dicitur collecta, C. sine cens. vel reliq. & in l. omnes col. 2. vers. tunc autẽ C. eod. tit. Lucas de Pẽna in l. si diuina, nu. 14. & seq. C. de exactor. tributor. lib. 10. & in l. eã legẽ, C. de excusat. munerum, eod. lib. nu. 1. Capiblanc. in d. Pragm. 10. de Baron. nu. 14. Dominus Regens Tapia de Constit. Princip. in rubr. d. cap. 4. nu. 40. Don Francisc. Merlin. d. cap. 2. nu. 3. Clapper. ibid. nu. 8. Natta cons. 139. nu. 12. lib. 1. Surd. cons. 146. nu. 19. & seqq. Gerard. Mazzol. cons. 70. num. 18. Ioannes Baptista Costa de Ratione Ratæ D. quæst. 158. Festas. de collect. d. par. 2. cap. 1. num. 29. & seqq. Surd. cons. 146. num. 18. vers. 2. respondeo, & nu. 19. Alex. Raudens. de Analog. lib. 1. cap. 40. nu. 37. vsq; ad num. 59. & nu. 106. & 108. Aloysius de Leo in d. l. omnia nu. 32. Pacian. d. cons. 5. nu. 13. Cassan. in Consuetud. Burgund. rubr. 1. des iustices. §. 4. in tex. indire, imposer, nu. 40. col. 121. Octauius Gloritius in primo responso par. 2. num. 23.

At qui nemo dubitat, quin hæc obligatio ex quasi contractu oriatur, per quem non solum immobilia, & mobilia publicis muneribus obligata dicuntur: Sed etiam personæ de iurisdictione existentes, quæ domicilium per incolatum contraxerunt, l. incola, ff. ad Municipal. & ratione eiusdem quasi contractus oritur tacita hypotheca, quæ omnia prædia solutioni publicarum functionum patrimonialium habet hypothecata, l. item quia, ff. de pact. l. si non inducta, C. in quibus caus. pign. vel hypotheca tacit. contrahat.

SVMMARIVM.


1 *Oneris origo, sicuti in omnibus alijs, est attendenda.*

2 *Munus patrimoniale ratione iurisdictionis super subditorum prædijs deberi. Item ratione protectionis, & defensionis Regni, vt subditi liberè, ac quietè viuãt, demonstratur.*

3 *Pro munere patrimoniali actionem hypothecariam ab initio impositionis tributorum*

torum super bonis ortā fuisse ostenditur.
4 *Tributum ab Augusto Imperatore originem habuisse probatur.*
5 *Tempore Romanorum quomodo exigebatur.*
6 *Collecta quando ceperunt exigi in Regno.*
7 *Quanto autem tempore durarunt, & quādo fuerunt functiones fiscales in singula focularia distributæ, & ad quam rationem fuerunt impositæ.*

Caput Secundum.



1 Vt rū innotescat, qd hoc onus, q bonatenentes soluunt in Regno, côtineat, ipsius origo est prius inspiciēda, sicut in omnibus alijs, l. tutor ff. de fideiuss. Rol. cons. 76. nu. 10. lib. 3. Menoch. de arbitr. iud. lib. 1. quæst. 80. nu. 103. Regens. Valenzuela cons. 19. nu. 3. côs. 33. nu. 117. & cons. 13. nu. 3. Rol. côs. 76. nu. 10. lib. 3. nam caute more prudentis Phisici, qui omnia perscrutatur Bero. cons. 75. in princ. lib. 1. Magon. decis. Florentina 31. nu. 4. & 5. & præcipuè in hac materia, oneris origo est attendenda; cum secundum illam collecta solui, onusque sustineri debeat, vt autumat Bart. in d. l. 4. §. actor ff. de re iudicat. & post eum sequuntur Natta cons. 157. num. 5. & seq. Bero. cons. 150. nu. 50. vol. 3. vbi de collecta pro salis solutione imposita loquitur, vt sic distribuendā sit onus quemadmodum propter illud imposita fuit collecta, Bertrand. cons. 53 nu. 3. & 5. vol. 1. Surd. cons. 289. nu. 10. vol. 2. Gaill. obseruat. 52. lib. 2. nu. 16. Ioannes Franc. del Castillo decis. 55. Siciliæ nu. 8.

2 Eximium, & elegans iuris principiū est, munus patrimonij ratione iurisdictionis super subditorum prædijs ex quasi contractu deberi, tex. est sollemnis in l. munus propriè, ff. de verbor. signif. & statim ac iurisdictio fuit incesse deducta, radicem publicarum functionum, census tributi, capitationis, muneris patrimonij ad ipsam sustentandā ratione publici comodi habuisse circunfertur; redditusque iurisdictionis appellari quam approbandam duxit iuris prudentiā c. 1. quæ sint regal. Anchar. cons. 218. Item ob protectionem, & defensionem, cuius causa, & quietè, & pacificè subditi viuunt, ac naturali libertate rebusque proprijs sine impedimento fruuntur, iuxta tex. in sublatione in l. ex hoc Iure, ff. de Iust. & Iur. & in § Ius autem gentium, vbi doct. Instit. de Iur. natur. gent. & ciuil. Regens. Moles in tit. de fiscalibus, in princ. vers. & quando prædicta.

Et licet Bart. non ratione iurisdictionis, sed cuiusdam potestatis, quę in bonis territorij habetur, affirmauerit in leg. omnes populi col. 1. & 2. ff. de Iust. & iur. quē sequitur Boss. in tit. de Principe nu. 114. tamen ratione iurisdictionis debitum contrahi firmat Paccian. cons. 7. nu. 91. vel per descriptionem in æstimo. Aegid. Thomat. de collect. in princ. nu. 3. & 4. & à iure gentium introductum fuisse eo ipso

cum dominia distinxit, & imperium gentibus tradidit,c.quo iure,distinct. 8. perbellè. Regens Moles in tit. de collec.de c.4.vers.tertiò,quia,& ob id munus dicitur onus .l. munus tribus modis,ff.de verbor.significquod onus naturaliter rei adhęret, & eueniente casu publicæ necessitatis, vel vtilitatis, statim æs alienũ contrahitur,omnia patrimonia naturaliter afficiens, quę ad ipsius satisfactionem tenētur, & pro eo munus patrimonij ab vniuersitate indicitur ; & hæc munera, contributiones , quæ ex agris fiunt, appellantur . Bald. in.l.etiam. C. de execut.rei iudic.& in l. propter bono rem. C. qui bon. ced. poss. quo loci dixit, collectam naturaliter rerum onus esse; licet formaliter personarũ, vt etiam inquit Iul. Cæsar Gallupp. tom.2. methodi iur. feudal. part. 5. cap.3.nu.44.rem tamen concomitari, ac in quacumque personã , quauis dignitate munitam,transire, cuius vacatio cum sit munus reale, à lege interdicitur l. bvacuatis,C. de decurion.lib.x.l.fin.§.patrimoniorum autē, de munet.& honor.Gallupp.ibidem, nu. 26. & vniuersitas ipsius commodo quasi contractus vti potest ; cum ipsi pro publica vrgente necessitate, aut vtilitate,ac pro sustentatione Imperij permittatur.

3 Et exinde est,vt pro hoc munere orta dicatur actio hypotecaria ab initio,quò tributa pro toto futuro tempore fuerunt imposita , ex quo vnica est impositio, certa,perpetua,& ordinaria , quæ singulis annis non multiplicatur,licet singulis annis exigatur, vt inquit Paul.de Castr.in d.l. Impe- ratores ff. de publicanis Surd. cons. 146.in fin.vers.postremò,& ideo Fiscus pro Fiscalibus functionibus dicitur omnibus alijs , anterior ; quia omnem contractum, temporis antiquitate præcedit, Bald. post Cyn. in l. 1.C.si propter public. pensit. nu.2. refert.& sequitur Cotta in memora. incip.collecta,Ofasch.decis. 95. sub. nu.32.Rol.cons.79.nu.5. vol.4. post pract.Papiens.in form.act.hypothec. plenissimè Don Francis.Merlin.controuersiar.forens.cent.1.cap.2.n.22 & seqq.

4 Celebrè tamen placitum est,tributum ab Augusto Imperatore originẽ habuisse,cum vniuersũ mundum describi mandauerit,vt in suam quisque Ciuitatem profiteretur, nuncupatim tradit Accurs. in l.1. C. de apoc.publіc.in verbo,descriptiones,lib. 10.sequitur Cassan.in cõsuetud.Burgund. tit.des iustices, §.4. nu.21. col. 119. in tex . Indire,imposer ; quod tamen cessante Imperio Romano, cessauit, & ipsius loco suffecta est collecta. Bart.& Doct.in d.l. 1.C.mulier, in quo lib.10. Ioannes de Amic.cons. 8.nu.52.& cons. 146.nu. 5. Castr.in d.l.placet,C.de Sacr. Sanct. eccles. nu.45.Nouumque onus,quod hodie à Ciuitatibus , dominisque locorum indicitur,ad antiqui veteris similitudinem,existimatur, Castr.in d.l.placet.Festas.de collect.cap.1.nu.7, & 32.cum seqq.latè Maria in d.casu 11 à princip.vsque ad nu.7.

5 Hoc verò confessum est,quòd tempore Romanorum pro functionibus fiscalibus viginti sex denarij pro quolibet capite soluebãtur, vt post Bald, in.l.

in l. ex hoc iure, in fine, ff. de Iust. & iur. per glo. in l. ager, §. 1. ff. de verborum signif. tradit de Ponte in tract. de potest. pro Reg. tit. de regal. imposit. §. 8. nu. 33, & seqq; Capyc. in inuestit. feudal. in verb. collectis, vers. Temporibus verò, pag. 118, circa med. Marta de iurisdic. p. 4. cēt. 1. cas. 11. sub n. 8.

6 Cæterum in Regno collectæ sunt antiquissimę, ac munus erant ordinarium; cęperunt. n. tempore Imperatoris Federici, vt affatim tradit Andr. de Item. in c. 1. vers. extra ordinaria collatio nu. 62. quæ sint regal. &, ibi, Afflict. nu. 14. Luc. de Pen. in l. 1. C. de indict. lib. 10. in l. fin. in princ. C. de annon. & tribut. cod. lib. Iacob. de Agell. in tract. de iure adhoæ, vers. onera num. 37. Iul. Cæsar Galluppus in locis supra relatis, num. 2. Hæ autē sub adiutorij nomine imponi cæperunt, vt ait Luc. de Penn. in d. l. fin. & Iacob. de Agello ibidem, Capyc. in inuest. feudal. in verbo collectis, vers. collectarū verò, pag. 117. & sex collectæ generales quolibet anno exigebantur, vt testatur Capyc. ibidem, comprobat Dominus Regens Tapia d. cap. 4. num. 49. & 50. Regens Moles in tit. de Fiscalibus, in princip. & vers. alia verò iura noua, & infra, quo loci collectas ante Federicum recēsset, de collectis verò tempore Federici meminit ibidem, in vers. hæc fuit origo, & rursus functionum fiscalium successum latè prosequitur in tit. de collect. hoc idem commemorat Lanar. cons. 95. in princ. & refert Capiblanc. ind. pragmat. 10. de Baron n. 5.

7 Durarunt tamen vsque ad Regis Alphōsi Primi tēpora: anno verò 1442 Vniuersitates Regni loco subsidiorum, quæ poterat Rex imponere ex pacto pro gabellis, quæ à singulis exigebantur, ducatum vnum pro quolibet foculari se soluere obligarunt, vt constat ex parlamento tempore Regis Alphonsi. Lanar. cons. 31. n. 5. & cons. 95. num. 1. & latè legitur in lib. Capitul. huius Ciuitatis, in princ. fol. 7. & 12. cap. 4. 5. & 10. Deinde auctæ fuerunt collectæ ad Carolenos quindecim, & grana duo, v3. ad alios carolenos quinque pro tumulo salis cuilibet foculari præstando, & grana duo, vnum pro conductura, & aliud pro mensura salis predicti, vt in cap. 27. Regis Ferdinandi Secūdi fol. 24, & in. c. 45. Regis Catholic. fol. 45. Afflict. in tit. quę sint regal. §. plaustrorum, nu. 5. in fin. & nu. 6. Capyc. in inuestit. feudal. in verb. feudorū clausulæ, col. 52. vers. in Regno autem, & in verbo collectis, Iacob. de Agello in tractat. de Iur. adhoæ. nu. 37. to. 12 tractatuum: earum autē solutiones in singulos fumantes, idest in singulas familias distributæ fuerunt, vt tradit Regens de Pōte in tractat. de potest. pro Reg. tit. de regal. imposit in princip. sub nu. 35. §. 1. nu. 15, & §. 2. n. 16 & seq. Fab. de Anna cons. 60. nu. 11. lib. 1. Camill. de Curte in diuersor. iur. feudal. §. redeundo igitur, nu. 22. fol. 25. Caputus de Regimine Reipublicæ, fol. 305. Dominus Reg. Rouit. ad pragm. 1. de iurib. & exact. fiscal. n. 65. Capiblanc. ad pragm. 10. de Baronibus n. 10. & seqq. Dom. Reg. Carol. Tapia de cōstit. Princip. cap. 4. nu. 51. & seqq. Don Frācisc. Merlin. relato cap. 2. nu. 2.

Et

Et hunc modum collectandi in Cathalonia seruari tradit Fontanell: de pact. nupt. tom. 2. clausul. 5. glos. 4. nu. 45.

S V M M A R I V M.

1 Quæ functiones fiscales appellantur.

2 Vniuersitates licet functiones fiscales Regiæ Curiæ soluant: tamen ipsæ ius recuperãdi à ciuibus habent, cum ipsi soluere teneantur, & nu. 9.

3 Pro soluendis functionibus fiscalibus fit appretium bonorum ciuium, atque forensium, & vnusquisq; pro rata suorum bonorum soluit, vel imponuntur gabellæ ab eisdem ciuibus soluendæ, & nu. 10. & ibidem nu. 3. quid sit bonatenentia, & de ipsius vocabuli Etymologia.

4 Proprietas vocis ex communi loquẽdi vsu desumitur.

5 Apprety forma, & modus quis sit, remissiuè.

6 Solutio per fumantes differt ab illa, quæ fit per focagia.

7 Foculares, fumantes, & familiæ sunt synonima.

8 Functiones fiscales per fumantes tempore Romanorum fuerunt exactæ.

11 Terra si fuerit in numero focularium diminuta, & functiones fiscales soluere nequeat, & fiat alleuiatio, in damnum Fisci cedere debere probatur.

12 Secus quando non fit alleuiatio, quia semper tenetur Vniuersitas iuxta taxam tempore numerationis.

13 In donatiuo autem, si fiat alleuiatio ad beneficium alicuius Vniuersitatis, reliquæ Vniuersitates tenebuntur; licet Molfesius contradicat, & ibidem afferuntur distinctiones.

14 Nisi in donatiuo dictum esset, neminè exempto, & quòd soluatur pro numero focularium, quia tunc damno Fisci cedunt.


15 Onera realia non Vniuersitates, sed possessores soluere tenentur.

16 Perceptores Prouinciarum, non solutibus Vniuersitatibus, functiones fiscales contra particulares ciues, & eorum bona exequuntur.

17 Functiones Fiscales, quia loco gabellarum fuerunt impositæ, onera realia dicuntur.

18 Onus merè reale possessorem sequitur.

Caput Tertium.

1 

Citu tamen non iniucũdum est, quòd functiones fiscales appellantur; quia functio, tributorum alicuius rei exolutiõ nominatur, d. l. placet C. de Sact. Sanct. Eccles. Luc. de Penna in l. 4. nu. 1. C. de annon. & tribut. lib. 10. & quoniã in locũ collectarum subrogatæ sunt, inter regalia connumerãtur, vt post alios tradit Iacob. Gall. cons. 21. nu. 7. Ioãn. Vinc. Anna allegat. 29. n. 14. & allegat. 36. n. 6.

2 Et licet Vniuersitates collectas prędictas soluãt. Tamẽ, re ipsa, ciues soluere necesse est, quoniam vniuersitates ob publicam vtilitatem collectas imponunt, vt muneribus publicis facilius obtemperetur, vt inquit Luc. de

Pen.in.l.fin.col.pen.& fin.C.de exactor.tribut.lib.10.& est tex.in l.fin.C. de muner.patrim.lib.10. Marāt.cōs. 81.n.10.Franc.de Clapper.caus.42 quæst.1.nu.27.Grammat. consf.ciuil. 69. nu. 5. firmat egregiè Dominus Regens Rouitus in consultatione in materia donatiui nu.21.

3 Ea propter bonorum Ciuiū fit appretium,& vnusquisque pro rata bonorum suorum soluit,vel gabellæ per ipsosmet ciues persoluendæ imponuntur,ex quibus functiones Fiscales Regiæ Curiæ soluuntur,vt docet idē de Pōte in eod.tit.§. 1.n.6,& sequētibus.§.8. nu. 42.fol. 224.& in hoc appretio bona forensiū quoque æstimantur,vt infra latius dicemus: Hæc autem solutio in Regno bonatenentia appellatur, quippe quòd à tenētibus bona in territorio debetur;est.n. hoc vocabulum vsitatum in Regno; cum regulare sit, vt verborū proprietas ex communi,ac vulgari loquendi vsu sumatur,ac æstimetur,l.cum de lanionis.§ asinam molendinariam,ff. de fundo instructo & instrum. legat. l.labeo,ff.de supellect.legat.c.ex litteris,extra de sponsal.Rebuff.in rubric. ff. de verbor. signific. vers. Tertiò consuetudo.Tob. Non in §. fin.nu.6. instit.de obligat.Felician. de solis in suis Commentarijs de censibus,tom. 1.in procem.nu.30.Ludouic.Cenc.in tract.de censibus part.1.cap.1.quæst. 3.art.1.nu.10.

5 Et huius appretij forma descripta est in c. Regni porrecta,quod est 199 sub tit.de modo,& forma appretij p Regē Carolum secūdū edito,deinde verò per Regem Ferdinandum repetita,& aucta in pragm. 1.tit.de appretio, quam Commentarijs exornarunt Petrus Piccolus, Cardinalis Paris.D Regens Rouit. & Augustinus Caputus in tract.de Regimine Reipublicæ, cap.7.§.27.n.41.cum seqq. licet adsit aliud Capitulum Regni 255. per Regem Robertum editū, quòd incipit,Fiscalium functionum, sub tit. de appretio, & modo appretij faciendi, in quo similiter modus appretij faciendi traditur.

6 Memorandū quoque est illud,quòd hæc solutio per fumantes differt ab illa,quæ fit per fogacia; illa.n. respicit Vniuersitates,& nō singulos:hæc autem per fumātes, vt est in Regno, nō dicitur imposita in genere tātę quantitatis in vniuerso. de illa loquitur Clapper. cauf.27. quæst.1.nu.7. de hac verò loquitur de Pōte in.d.tract. de potest.pro Reg.tit.de regal.§.1.n. 8.in fin.qui hinc infert,quòd deficiētibus focularibus, euanescit exactio, & ita in praxi seruari testatur.

7 Etenim foculares, fumātes,& familiæ sūt synonima,vt ait.Bald.in Auth. defuncto,nu.11.vers.modo quęro,C. ad Tertull. Ioannes Ant. Niger in c. Regni porrecta nu 106,& pro foculari vnica familia sub vno tecto viuens intelligitur,videlicet pater cum filijs, & nepotibus simul habitantibus,Bal. in.l.1.C.quod cuiusq;vniuersit.nom. Ripa in.l.4. §. actor ff de re iudicat. Capiblanc.in.d.pragm.x. de Baronibus, vers. foculare, nu. 10. Floridus Mausonius de caus. execut. ampliat. 29.nu.127.& 128. Nicolaus Losæus de iur.vniuersit.cap.9. nu.16. in fin. Dominus Regens Tapia de constit. Prin-

Princip.d.cap. 4. nu. 53.

8 Ita quoque Romanorum tempore per fumantes exactas fuisse tradunt idem de Ponte eod.tit.§.8.nu. 33. & 35. Dominus Reg. Rouit.in pragm.1 de iur.& exact. fiscalib.nu.1, ex tex. in l. si pendentes.§.si quid cloacarij, in fin.ff.de vsufruct.l. si fictiones.C. de donat.& l.si minor,C.de act.emp. Amator Rodriq. de priuileg. credit. par. 1. art.5.nu.16,& seqq.

9 Ex his palam est, quòd quãuis Vniuersitas soluat, ius recuperandi tantundem à ciuibus consequitur, secũdum tamen ratam, & ipsorum patrimonij æstimationem, ad literam probat tex.in.l. omnes. C. de oper. public.Regens Moles in tit. de collect. decis 3. vers. quia licet debitum sit

10 vniuersale. ✠ iuxta vires singulorum, attenta fructuum qualitate, imponitur, communis est Bart. aliorumque doctrina in l. 4. §. actor. ff. de re iudic. & in l. ad Instructionem C. de Sacr. Sanct. Ecclesia, & probatur in l. 2. §. vicinales ff. ne quid in loco publico, & notat Abb. in.c.non minus col. 3. de immunit. Eccles. Auendano.de exequend.mãdat.cap.14.nu.14.Franc.de Clapper. caus. 36. quæst .2. nu. 8. & caus.27. quæst. 3.nu.1.

11 A' quo, & illud quoq; haud neglig-ẽdum proserpuit,quòd si Terra numero incolarum diminuta fuerit, ita vt functionum fiscalium onera ferre nequeat, fit alleuiatio in damnum fisci.quippe quòd pro fumantiũ numero functiones prædictæ soluuntur,& ad singulos:non autem ad vniuersitates illarum solutio spectare debet; cum non dicantur in genere tantæ quantitatis in vniuerso impositæ,vt tradit Regens Reuerter. in decis.73.in.1.dubio lib.1.vbi plures allegat,& post Bald.in.l. 1. §. quod si nemo,2.col.circa med.ff.quod cuiusque vniuersit.nom. tradit idem de Ponte.d.§.1.nu.6. & 17. vbi sic in praxi seruati testatur,tradit quoque Regens Rouit.in cõsultatione in materia donatiui in fine primi libri eius consiliorum nu 1.copiosè, & eruditè D. Reg. Valenzuela in cons.99.in.3. puncto,à nu.40,vsq. ad nu.55.Aliud

1 Aut.n.onus est reale, certum, perpetuum, & inuariabile, & tunc omnes vnanimiter rem cum onere suo trāsire concludunt, & clericos ad collectas teneri profitentur; quia tunc dicitur tributum, quod onus est reale, c. si tributum 11.quaest.1.c.tributa, 23. quaest.8.c.placet, 16.quaest.1.tex.optimus in c. Abbates de decim. Auth. itē.praediū C.de Sacr.Sanct.l.fin. C. de exaction.tribut. lib.x.l. de his.C. de Episcop.& cleric. adest in Regno Bulla Papę Honorij inserta in pragm. 2.de cleric.cap.8, & habemus Regiā pragm.in tit.de cleric.quę incipit.per molte querele.Panormitan.in c.non minus, de immun. eccles. & in.c.fin. de vit.& honest. cleric. tradunt Doctor in l.placet, & in l. ad instructiones.C.de Sacr.Sāct.Eccles.Bald in l. si debitor, C.de.distract.pignor.Speculator.in tit. de cleric. coniug.S.1. vers. ad huius autem articuli.Angel. cons.24.Ecclesia non tenetur, & cōs. 106.pro decisione Roman.in.l.si publicanus S.1.ff.de publican. Tiraque de primogen.quęst.43.nu.9.Surd.cōs 262.nu.3.& 52,& decis.32.nu.6.Ias. & Abb.relati per Io.Ant.de Nigr. in extrauag.clement.de vita, & honest. cleric.nu.161, & seqq. Capyc.in inuestit.feudal.in verbo, clerici, fol.121 nu.161.Thesaur.in decis. 234. nu.4. & 5. Dominus Regēs. Tapia in constit. Regni Praedecessorū nostrorum, sub rubr.de Sacr.Sanct. Eccles.n.14. Dominus Regens, Rouit.in d.pragm. 2.nu.19. de cleric. seu diacon.seluat. D. Regens Fuluius Constant. in l.24. C.de decuriō.lib.x.n.14.vbi de cōni Theologorum, Pontificij, Cęsarijque Iuris opinione affirmat. Guid. Pap. decis.76,& post.Gregor.Lopez, Duenn. & Azeued. tradit Guttierez in tract.de gabell. quaest. 92. nu. 61.63 Franc.Marc.quaest.457.nu. 24. 30,& 31,& quaest.458.n.6.part.1.Monter. decis.Aragon.13.sub nu.41. Annęus Robert.rer.iudicatar. lib.2.cap.2.fol. 313,& 314. magis communem opinio-

nionem dicunt Ripa in respons. 1.n.5 de muner.& honor. & & in tract. de peste in cap. de remed. ad conseruādam vberratem, nu. 234. Guid. Pap. in sing.409. incip. vtrū ad instructionem, Barbat.in cons.1.vol.3.Vulpell. de libertat.Ecclesiastic.part.2. n.1.& seq. Caroc.in decis.127.num.6.& 9. vbi hanc magis communem laudat sententiam, refert, & sequitur Barz. decis.bonon.117.nu.13.& 27.Gail. obseruat.33.nu.8. cum seq. vbi alios concordes coaceruat, & obseruat.52 num.12.eod.lib. Rosenthal.de feud. cap.5.tit.de regal.conclus.80.glos.in litera.C. Bonacoss.in tract.commun. opin.tit.de vectigalibus,loco,12.c.3. vers.onera realia,f.148. Aegid.Thomat.de collect.pag.39. in fin.sub nu. 3. vbi dicit communem, & pag. 46. num.1.Surd.de aliment.tit.1.quaest. 29.num.8.magis communem dicunt Foller.in d. constit. praedecessorum nostrorum, nu. 6. Florid. Mauson.in tract.de caus.execut. ampliat.29.nu. 46.Becc.cons.24.nu.28. Card.Tusc. litera,O.conclus.145.nu.29 Giurba ad Consuet.Messan.cap.9.glos.7.n.1 nuperrimè post alios de communiori opinione aradit Episcop. Io. Maria Bellett.disquisit. Clerical. par.1. tit. de exempt. Clericor. §.3. nu.1.& 2.

2 Aut verò onus est variabile, quod personis pro rebus imponitur, & quia personam respicit, tunc onus in Clericos, & Ecclesiam non transire resoluunt Doct. in d. l. placet, C. de sacrosanct.Eccles.ita magistraliter distinguit Bar.in cōs.180.vbi ait,quòd, nisi onera sint merè realia, aut tributaria, liberantur à collectis, & hanc distinctionē sequitur post alios Thesaur. in d.decis.234.num.5.vbi ait,quod si onera sunt inuariabilia, tenentur Clerici ad collectas super bonis, alias non tenentur, alios quoque huius distinctionis asseclas recensет Gaspar. Anton. filius in addit.ad d. decis. sui patris ad num. 1.hanc quoque distinctionem amplexi sunt Maranta in cons. 99. Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus.80. num.4. glos. in litera.C. Foller.in d. constit.praedecessorum nostrorum, num. 6. Borrell. consil. 74. num.50. vers. septimò principaliter, Ioannes Baptista Costa de re integra, distinct.71.sub.num.7. Guttierez de Gabell.relata quaest.92.nu. 63.Florid.Mausō. in supradicto tract. ampliar.29. nu. 46. & 47. qui magis communem esse astruit, & ita distinguit Regens Reuerter. in causa inter vniuersitatē Turturellę, & venerabile Monasterium S. Laurentij de Padula, quae est decis.37.tom. 1.& similiter eandem distinctionē firmat Castillo. in addit. ad decis. 105.post 3. volumen decisionū, impressam, vers. secus in oneribus,& vers.nec contrarium, & secundum hoc vltimum distinctionis caput procedit opinio Episcopi Ioānis Marię Belecti disquisit. clerical.part.1. tit. de exēptione clericor. §.1.nu.9. quod ita distinguendo explicat idem Bellett.in praecitato §.3. nu.3. id

3 † quoque adamussim admittunt Doctores in bonis pertinentis titulo emptionis, vel donationis, Bald. in l. si debitor, C. de distract. pignor. & cons.248. praemisso statuto, vol.1. Iason. in cōs.246.vol.3. vbi inquit communem in vtroque foro

foro. Aegid, Thomat. in d. tract. de collect.pag.41.Io.de Platea in l.Senatorũ,C.de dignit,lib.12.Card.in Clementin. 1. in 2. opposit. de immunit. Eccles. Foller. in d.constitut.prædecessorum nostrorum nu.6. in fin. Petrus Picculus in Commentar. super pragmat.1.de appretio.nu.68.Florid. Mauson. d. ampliat 29.nu.40,& 42. Valasc.de iur. emphit. quæst.17. sub nu.8.Mar.Anton. lib.1. variarũ resol. resol.88.n.2.vers.& licet aliqui.Dom. Episcop.Ricc.part.2.decis.298.nu.4.

Et ex Theologis vno ore firmiter asseuerant Vincentius Filliucius societatis Iesu in qq.moralibus,tom. 1.tract. 16.cap.11.nu.294. Ioann. Azor. societ.Iesu instit.moral.part. 3. lib.5.c. 19.quæst.8. Leonard. Duardus cler. Regular. in bulla cenæ domini,lib. 2. can.18.quęst,6.nu.6.Marcell.Megal. cleric.regul.in instit..cõfess. par.2.lib. 2.cap.17.quest.6.nu.98.& 103. Marius Alterius de cẽsur.tom.1.disput. 19.lib.5.cap.6.fol.739.Prosper.de Augustino in addit.ad summ.Quarãt. vel vectigal. Antonius de Sousa Dominican.in relect. in bulla cænæ domini cap.19.disp.92. nu.5. Molfes.in summ.tom.2.tractat.12. cap.22. nu. 167. & 168. Aloysius Turrian. Soc. Ies.in 2.2. diui Thom. disput.44.dubit.4.n.13.Molin.tom.3.tract. 2.disput.672.Paul. Layman.Societ. Ies.in Theolog.moral.lib.4. tract.9. cap.6. num.5. Ioannes Malderus ad diuum Thomam in 2.2.tract.5.cap.6.dubit. 9. Suarez contra Regem Angliæ, lib. 4.cap. 20. & post hos nouissimè Antonin. Dian. cler.Regular. in resolut. moral. tract.2.de immunit.eccles.resol.42.

Hæc est igitur vera, & catholica patrũ traditio, quàm etiam nostrates amplexi sunt,nempe Io.Ant.de Nigris in d.clementin.de vit.& honestat. cler. nu.132. vbi ait ita decisum per Regi Cameram, Affl. ict. in constit. statuimus,in 6.col. & in c.1. de clerico, qui inuestitur. fecit,nũ. 7. vbi in hoc plura rescripta Regiæ Camerę adesse testatur, & in tit. quæ sint regal. in verb.plaustrorum,nu.17. Aloys. de Leo in d.l. placet,n.2.C.de sacr.sãct. Eccles.Grammatic.in c.Regni,non exigit,sub num.6.& 7. Goffred. de Caiet. super ritibus Regiæ Cameræ, in rubr.de iure fundic.vers.item,quia dictum est,fol.25. Luc. de Penn.in l.si diuina, C.de exact.tributor.nu.27. & seq.& in hoc adesse decretum generale Regiæ Cameræ commemorat Reg.Reuerter.in dec.56.in fin.lib.1. & adest Regia pragm.3. de cleric.seu diacon.seluat.cuius verba sunt.

Per tanto vogliamo, & di nostra scientia commettremo, & mandamo, che prouediate, & mandiate, & facciate, che per tali beni, così alienati, & che de cætero si alienaranno nelli clerici, & persone Ecclesiastiche, si contribuisca nel detto pagamento per il possessorę di quelli clerici, & persone Ecclesiastiche, ò altre, che fussero, così come prima per quelli si contribuiua, & douea contribuire per li laici alienatori di quelli, tanto per il passato dopò l'alienationi di quelli fatta, vt supra, quanto per l'auuenire.

Quæ procedit in oneribus merè realibus ordinarijs, & ita loquitur Dominus Rouit.in d.pragm.2.de cleric.seu diacon.seluat.n.19.ita quoque sectatur

tur Carol. de Graff. in tract. de effect. cleric. effect. 3. nu. 33. Octauius Glorititus in respons. 5. n. 13, & 14. & est glos. cõmuniter approbata in c. 1. in verbo, bonorũ, de immun. eccl. in 6.

4 Illud tamen est non paruæ disceptationis, an in extraordinarijs oneribus, & collectis, si bona catastrata in clericum alienentur, transeant cum onere suo, hanc questionem exquisitè examinat Thesaur. in decis. 234. in 2. limit. quo loci Doctores mirè inter se gladiantes proponit, & relatis eorum opinionibus, ex magis communi, clericos collectas soluere non teneri, concludit, & ita senatum iudicasse affirmat: in tertia verò limitatione, latè, & vtiliter regulam declarat, quòd si ante acquisitionẽ factam ab Ecclesia esset Imposita collecta per laicum; quia bona iam essent pro collectis hypothecata, & in ecclesiã postea peruenirent, cum onere transirent, & hoc casu non ecclesiam; sed bona ecclesię teneri asseuerat. subdit deinde in quarta limit. quòd quando quis catastrauit bona sua oneribus submittendo, si deinde in Ecclesiam alienet, cum suo onere in eam transibunt, est text. in l. ea conditione, C. de resc. vẽd. & in l. 2. C. de omn. agr. desert. lib. 11. Petr. Piccol. in pragm. 1. de appretio nu. 67. & 68. Don Frã cisc. Merlin. cõtrouersiar. forẽs. cent. 1. cap. 2. nu. 19. ex quibus deducitur, quòd quando bona ad ecclesiam deueniũt, & ante acquisitionem non erant catastrata, non possunt in æstimo poni, vt clerici, vel Ecclesia ad collectas teneãtur; quia collecta personæ pro rebus imponitur; persona autem non est laico subiecta, Natta cons. 203. nu. 1. Petr. Piccol. loco proximè citato. aut verò posita erant in catastro, & æstimo, & tunc cum onere suo transibũt, ita in pũcto Bald. in l. omnes, nu. 10. C. sine cens. vel reliq. Alberic. de statut. in Alphabeto Baldi de Perusio per sigismundum pronepotem confecto, in verbo, collecta, vers. statutum, quod disponit. Aduertatur tamen quòd tertia limitatio adducta per Thesaur. procedit in hipotheca tacita; nam certum est, quòd quando fit catastrum, citantur omnes ciues, & bonorum possessores, qui cum bona in catastro descri-

5 bi consentiãt, ex descriptione, & consensu oritur tacitè hypotheca super bonis ipsorum, & dicuntur tacitè pro collectis obligata, doctrina est glos. notabilis, quam ibi probarunt Bart. cæterique scribentes vnanimi consensu in l. 1. C. in quib. caus. pign. tacit. contrah. & his astipulantur Alex. Aretin, & Iason. in l. apud Iulianũ, §. hæres, ff. de leg. 1. Dec. cõs. 285. col. 3 Rol. cons. 32. n. 3. & 4. vol. 1. & cõs. 79. nu. 2. & seqq. vol. 4. Don Francis. Merlin. d. cap. 2. nu. 21. & cap. 36. n. 17. Osasch. dec. 91. nu. 4. Afflict. decis. 95. Ioannes Baptista Costa de ratione ratæ, quæst. 47. nu. 12. & seqq. Surd. decis. 311. nu. 2. & cons. 146. n. 1. cons. 168. nu. 11. & cons. 262. n. 1. Bero. cons. 150. nu. 33. vol. 3. Bald. in tit. de pace constantiæ, vers. nos Romanorum, col. 4. vers. quid de collectis, & in l. 1. §. quòd si nemo, col. 4. vers. quid de 2. puncto, ff. quod cuiusque vniuer. nom. Valasc. de Iur. emphit. quest. 17. nu. 21. Iul. Cæsar

Gallupp. tom. 2. methodi iur. feudal. part. 5. cap. 5. tit. de iure imponendi collectas, nu. 42. sont † enim bona ipsa hypothecata, & supposita pro solutione ipsarum collectarum, quasi cuidam seruituti, & ita transeunt ad quemcunque cum onere ipsarum. l. in venditione, ff. de act. empt. Bald. de pace constantiæ, §. 1. in glos. in verbo, munitione Ciuitatis, circa fin. Petr. Piccol. in pragm. 1. de appretio, nu. 78.

6

Quarta verò limitatio in expressa, quãdo quis pro soluendis collectis præsentibus, & futuris quocunque tempore, quo imponerentur, bona sua obligat, vt tradit Grammat. in cap. Regni, non exigit, sub num. 6. & recepta est opinio, quòd si bona catastrata, & onere hypothecæ, siue tacitè, siue expresè affecta, in clericos, vel Ecclesiam deueniant, illa cum suo onere transibunt, & Ecclesia, & clerici ad collectas, propter bona ad ipsam peruenta, tenebuntur, intelligẽdo tamen de oneribus extraordinarijs, & variabilibus, quia pro realibus semper indistinctè tenetur, vt idem Gaspar Ant. ad d. decis. patris, 234. per Senatum determinatũ testatur, & ex communi Theologorum opinione, post Molin. Azor. & Gregor. Lopez, egregiè astruit Dom. Regens Constantius Marchio Corleti in suo elegãti Commentario ad l. 24. C. de decurion. lib. 10. num. 14.

7 ex † tali enim descriptione debitum à pricipio primi diei factæ descriptionis, singulis annis, præstandum contrahitur, prædium autem quouis modo registratum acquirentes, siue ex donatione inter viuos, siue ex oblationibus, vel defunctorum donationibus, publicis muneribus, quæ rei cohærent, obligat. l. sont munera, ff. de vacat. & excusat. muner., & ibi glos. in verbo, principali. facit l. neminem, C. de sacr. sanct. Eccles. & l. rescripto, in fin. ff. de muner. l. fin. §. patrimoniorum autem, eod. tit. Archid. in cap. 1. de immũ. Eccles. in 6. Maranta disput. 8. num. 46. Ca pan. ad statuta Mediolan. cap. 218. nu. 22. tom. 2. scitissimè obseruauit Dominus Regens Tapia in addit. ad cap. Regni, Item statuimus, quòd clerici, nu. 5. ex pragm. supra relata, Caroc. decis. 137. nu. 6. & 9. Restaf. in tract. de collectis, par. 4. cap. 2. num. 17. & seqq. Duenn. regul. 100. limit. 2. Vinius in addit. ad decis. 88. Betrand. cons. 182. num. 2. & seqq. cons. 200. vol. 7. & cons. 53. vol. 1. part. posteriori, num. 8. & 9. Floridus Mauson, de causis executiuis, ampliat. 29. nu. 50. expẽdit quoque idem Dominus Regens Tapia in constit. prædecessorum nostrorum, nu. 4. vbi magistraliter distinguit, quòd aut in aliqua Regni Ciuitate, Terra, aut Castro viuitur per Catastrum, & est factum appretium secundum formam capi-

8 tulorum Regni; tunc quia † per descriptionem in æstimo, reale onus efficitur. quod ad quoscumq; transit possessores, vt inquit Franc. Marc. decis. 224. par. 1. si res ad Ecclesiasticas personas transibit, cum onere

9 sub transire debet; Aut † viuitur per gabellas, & tunc Ecclesiastici à tali gabellarum munere exempti dicuntur, & ita procedit allegatio Ioannis

Vin-

Vincentij de Anna 13. vbi ita per Collaterale Consilium decisum refert. Quod sensu ipso, & ratione percipitur, ac rerum vsus patefacit, & concordes adducit Octauius Gloritius in responso 5. num. 1. & seqq. Episcop. Io. Maria Bellet. disquisit. clerical. part. 1. tit. de exempt. cler. §. 1. n. 1. & seqq.

Et supradictam receptissimam distinctionem probarunt quoque Card. in clem. 1. in 2. opposit. de immunit. Eccles. Alex. in l. Titia, ff. ad Municipal. Afflict. in d. constit. Regni, prędecessorum, nu. 3. & in constitut. hac edict. in 2. notab. Bald. cons. 348. præmisso statuto, in primo vol. Bursat. dicens communem in cons. 16. num. 11. lib. 1. Bero. in cons. 150. nu. 19. & per tot. lib. 3. qui similiter inquit communem, Foller. in constit. Regni in tit. de Episcop. & cleric. in verbo, statuimus, nu. 3. Vasq. in tract. de successión. in repetit. l. quoniam in prioribus, par. 1. num. 654. C. de inoffic. testam. Alberic. Galgot. in Margarita, cap. 30. n. 15. Surd. dec. 20. num. 11. & cons. 262. num. 31. Monter. decis. Aragon. 25. nu. 51. ita decisum testatur per Curiam Archiepiscopalem huius Ciuitatis eruditissimus Dominus Episcopus Riccius in sua Collect. 504. par. 3. Io. Ant. de Nigr. in d. clement. vnica, de vit. & honest. cleric. nu. 132. & in cap. Regni, porrecta, nu. 65. Sola in constit. Sabaudiæ, tit. de iur. emphit. glos. 2. tertiæ partis decreti, licet iure, n. 21. Iason. con. 246. 3. vol. vbi dicit communem in vtroque foro, Aegid. Thomat. de collect. pag. 41. Grammat. in cap. Regni, non exigit, num. 7. post Bald. in l. si debitor, C. de distract. pignor.

10 His sic existentibus, nō arrogant locum subtilitates in oppositum adductæ per Martam in tract. de iurisdict. in part. 4. centur. 1. cas. 11. à num. 28. cum seqq. vbi terminos confundendo inquit, quòd statim ac bona catastrata ad clericos, vel ad Ecclesiam deueniunt, à collectarum solutione exempta efficiuntur, ex illo vulgari axiomate, quòd mutatione personæ, mutatur rei cōditio, ex tex. in l. Paulus, ff. de acquir. hæred. in l. licitatio, §. penul. ff. de public. in l. 1. C. de imponenda lucrat. descript. lib. 10. & pro hac sua opinione adducit Thesaur. in decis. 234. sed re vera, non leuiter fallitur; nam aliter loquitur, quàm ipse allegat; in hoc enim casu memoratas firmat limitationes, quæ penitus ipsius opinionem euertunt; Bart. autem in cons. 150. loquitur in casu, quando post acquisitionem Ecclesiæ esset imponenda collecta, quę cum personæ pro re imponatur, Ecclesiæ non subditæ imponi non potest: si autem ante acquisitionem collecta esset imposita; tunc quia, vt supra dictum est, statim res hypotheca dicitur affecta (licet hoc neget Marta) cum onere hypothecæ ad Ecclesiam transibit, & procedunt limitationes traditæ per Thesaur. & ita loquitur idem Bart. in l. rescripto §. fin. ff. de muner. & honor.

11 Insuper regula prædicta, quòd mutatione personæ rei conditio mutatur, procedit, quando onus personæ; non autem rei est annexum; nam quando

quando rei est annexum, tunc res transit in quemcunq; illo onere affecta, quod ab illa moueri nequit, vt declarat Curt. iun. in cons. 174. col. 1. & latius Iason in consil. 85. lib. 3. Festas. de collect. par. 4. cap. 3. num. 19. & 20.

Quinimò contra Martæ opinionem facit, quod considerat Festas. in d. parte 4. cap. 2. nu. 17. inquiens, quid si omnia prædia in Ecclesiam alienarentur, non ne magnum Fisco præiudicium resultaret? si verò maior illorum pars in eam deueniret, non ne
12 alij † in æstimo descripti multo plus grauarentur? hoc quidem iniquum esse videtur, & contra tex. in l. vnica C. vt null. ex vican. lib. 11. idq; in Ecclesia non compatiendum; cum sit iustitiæ cultrix, noliteque cum alterius iactura locupletari, cap. 1. de alienat. feudi, vt tradit latè Anchar. cons. 96. super dicto dubio, sequitur Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ col. 20. num. 83. de constit. Dec. cons. 282. num. 4. Natta cons. 515. nu. 12. Mantic. cons. 141. Foller. in constit. prædecessorum nostrorum, num. 6. vbi magis communem affirmat.

Nec est (subdit ipse) Ecclesiam onere collectarum afficere; quia non Ecclesiam, sed bona iam obnoxia affecta remanent.

Nec minus contra libertatem Ecclesiasticam per indirectum dici posse concludit, num. 25. & seqq. cum antequã in eam peruenirẽt, erat obligatio, & hypotheca super bonis onere affectis, contracta.

Huc pertinet peregregia Bartoli traditio in l. incola, ff. ad municipal. vbi
13 † si quis post denunciationem collectæ, Religionem ingrediatur, propter illius ingressum non erit ob onere in dicto immunis; sequitur Aegid. Thomat. d. tract. de collect. pag. 76. in 13. argumento, & latius pag. 96. & 97. quo loci post multa in comprobationem prædictorum adducta, inquit, quòd mutato rei dominio, non mutatur hypotheca ibi affixa; quia prædium cum suo onere mutat dominium, l. via, vers. si fundus, ff. de seruit. rusticor. prædior.

Et licet iuxta Martæ opinionem cõtra hanc sententiam tenere videatur Carol. de Grass. in tract. de effect. clericat. effect. 5. à nu. 162. vsque ad nu. 168. Attamen idemmet nu. 255. declarando inquit, quòd quando prædium ad clericum post maturatũ tempus solutionis collectæ, vel gabellæ, pertransiuit, tunc cum sua causa transijsse censetur, & clericus ad solutionem compelli potest, ex pluribus per ipsum citatis in 7. limitat. subdit deinde in 17. limit. nu. 277. quòd si gabella, vel collecta pro certo, & determinato tempore, & antequam ad Ecclesiã deueniret, fuisset imposita, tunc clericus ad oneris solutionem tenetur; quia vnica collecta imposita dicitur, soluenda tamen pro expensis factis, seu debitis contractis, tempore, quo prædium erat penes laicum, & hanc opinionem verissimam fatetur, eamq; pluribus corroborat, & nu. 279. & 280. in 19. limit. inquit, si prædiũ aliquo onere oneratum transit ad Ecclesiam, vel Clericum, cum suo onere pertransit, prout in feudo; pro quo seruitium

mili-

militare debetur. Ergo non mutatio personæ facit mutare rei conditionem, quando onere est affecta.

Hanc quoq; sententiam comprobauit Guid.Pap.in decis.79. (quam tamen corruptè allegat Marta citando 78), vbi per registra, ideſt per cataſtrum viuitur: secus verò vbi sine registro. Neque offendit alia eiusdem decisio 381. à Marta per errorē citata, 387. in qua aliud determinat ex c. clericis, de immunit.ecclesi.lib.6, loquitur.n. post acquisitionem factam ab Ecclesia, quòd non possint clerici collectari, & ita possunt procedere omnia, quæ in contrarium adduci possunt: Fettasius verò ab ipso citatus in parte, 4. cap. 2. n. 14. cōtrariam sectatur opinionem, ibi, nu. 17. cum pluribus seqq.

14 Nemo nanque, ibi, inficias, quin emptor, siue rei possessor, quæ fuit in Cataſtro alterius, hipothecaria teneatur pro onere, ad quod lex ex eo cataſtro bona cataſtrata ob tacitam hypothecam obligauit, tradunt Doctores in.l. apud Iulianum §. hæres. ff de leg. 1. & ibi præsertim Iason, idque tam pro collectis Fisci, quàm communitatum. Negus. de pignor. membr.4 2.partis, n.125. Surd.conſ. 146.nu.1. Quin respectu Fisci etiam absq; cataſtro tacita oritur hypotheca; quia res est tributaria, l.1.C.in quib.cauſ.pign. tacit.contrah.quando ęstimum est certum, & perpetuū, Soccin.conſ.119.& conſ.243.col.2. vol.2. & ita intelligitur Don Franc. Merlin.Controuersiar. forens. cent.

15 1.cap.36. num. 16. † Fiscus.n. non solum ex contractu hypothecam tacitam habet l. aufertur. §. Fiscus ff. de iure Fisci, sed etiam ex quasi contractu, gloſ.communiter approbata in l.1.C.de iure fisci lib.x.Reuertera decis.49.part. 1.sed respectu vniuersitatis, solum bona cataſtrata, & non alia, sūt hypothecata, Boſ.de Princip. n.102, & seqq. Quando.n.res in æstimo describitur, tacita oritur hypotheca pro omnibus sequentibus annis, l.fin.C.sine conſ.vel reliq.Mantica de tacit. & ambig. lib.11. tit.18. nu.16.

16 Hinc est, quòd collecta, & antiquū, & nouum possessorem ad Fisci electionem habet obligatum, Castr.in l. si negotium C.de neg.geſt.& in l.ea conditione C.de reſcind.vendit. ita quoq; vniuersitas habet electionem, vt post Castr.inquit Natta conſ.611 nu.6.& per tot.vol.3.Thesaur.decis. 164. Io. Baptista Costa de ratione ratæ, quæſt. 47. & de remed. ſubſid. remed.37.verſ.Tertius est casus, Feſtas.d. tract.de collectis, part.2. cap. 4.nu.19.& seqq. Aloyſ. de leo in d.l. 1.C.sine cenſ.vel reliq.Pacian.conſ. 7.nu.94.Alex.Trētacinq. var. resol. lib. 1. tit. de iure Fisci resol.4 in fin. Gabiel Periera decis.lusitan.63.nu.3 Peregr.de iure Fisci, lib.6.tit.6.n.49. Verum aduertendum censeo, quòd licèt Vniuersitas contra bonorū pos-

17 sessorem agere possit, non † tamen exactor; nisi à descripto in libro collectarum exigere poterit, vt ex communi tradit Thesaur.decis.64. Floridus Mauson.de cauſ.execut.ampliat. 29.nu. 17.& ſub num.150. verſ.neque obstant.

Astipulatur, quòd cum res sit causa fina-

lis, vt diximus, ipsius obligationis, si in alium transeat, ipse propter rem
18 tenebitur, bona † autem clericorum onus annexum non habentia sequūtur personam, tanquam accessoria, vt inquit idem Marta in d. 4. parte, cētur. 1. Cas. 49. nu. 4. Ergo quādo onus habent annexum, principaliter bona considerari dicuntur, & persona venit accessoriè, & hoc in casu clerici Ecclesiarum priuilegijs non gaudet, vt affirmat idem Marta, ibidem, num. 10. plures citat concordes Giurba ad Consuetud. Messan. cap. 9. glos. 7. sub num. 1.
19 Nec sanè mirū; quia, vt ante probauimus, collectæ rebus impositæ censentur, quæ ad Ecclesias perueniendo, cum eodem onere, cum quo reperiuntur, deuenire intelliguntur, vt pleno ore probat Bart. in. l. fin. C. de exactor. tributor. lib. 10. & in d. l. rescripto. §. fin. & per Canonistas in c. 1. de censibus, vbi glos. in vers. vllo seruitio, plura ad id Iura recenset Guid. Pap. cons. 72. nu. 4. Curt. iun. cons. 68. nu. 4. Gaill. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 33. nu. 8. cum seqq; & ita in his terminis ex magis communi opinione tenent Ripa in resp. 1. n. 5. de muner. & honor. & in tract. de peste, in c. de remed. ad conseruandam vbertatem, nu. 234. Guid. Pap. sing. 409. Caroc. in decis. 127. nu. 6. & 9. dicēs magis communem, refert, & sequitur Barz. decis. Bonon. 117. n. 13, & 27. In muneribus. n. realibus nulla personæ qualitas, vel immunitas attenditur, Annæus Robert. rer. iudicatar. lib. 2. c. 2. pag. 337. Boss. de Principe, sub nu. 137. quod idem Marta tradit in eod. tract. de iurisdic. par. 4. centur. 1. cas. 1. num. 41. licet contrarium astruat in casu 11. n. 22. Frustra igitur elaborasse, inanemque laborem suscepisse perspicitur, dum subtilitatis studio opinionem hanc verissimam, ac receptissimam subuertere concitatur, non aduertentes, quòd faciunt plerumque subtilitates errare, l. si seruus, §. sequitur, ff. de verbor. oblig. vbi latè Iason. nu. 4. & refert. Marc. Ant. de Amatis decis. 41. nu. 4. prout etiam errant ita sępè Doctores, qui sophismatizare conātur, vt firmat Bald, in l. præcibus, col. 6. C. de impub. & alijs substit. & in l. 2. col. 2. quæst. 4. C. de bonor. poss. contra tabulas per d. l. si seruus § sequitur ff. de verbor. oblig. quod notat etiam Cotta in suis memorab. in vers. Apices iuris, ante finem, quos refert Viuius in sua Sylua commun. opin. tom. 3. commun. diuersor. loc. 7. cap. 24. propè finem, vers. imò, ideoque Doctores facilè est in legali scintia contradicentes reperire. Attamē veritatem omninò opprimi, aut deleri non posse notat Ioseph de Rusticis in tract. an & quando liber. fol. 114. nu. 41.
20 Non me tamen præterit, quòd in Regno pro patrimonialibus, clerici, clericaliter viuentes, ad collectas nō tenentur de portionibus ipsis legitimè contingentibus, vt legitur in c. Regni. Item statuimus, quòd clerici, 98. vbi Io. Ant. de Nigr. Mar. Antonin. de resol. 88. n. 2. Dom. Ricc. par. 2. decis. 298. nu. 5. Octauius Gloritius in 5. responso, n. 9. Afflict. in c. 1. de clerico, qui inuestitur. fecit. n. 7

vbi

21 vbi † quòd pro alijs vltra portiones contingentes, collectas soluere tenētur, Capyc. in inuestitur. feudal. in verbo, collectis, verbo clerici, in 5. li-
22 mitatione, pag. 122. Verum † clerici pro patrimonialibus exempti dicuntur, quando onus est variabile, & incertum: Secus si esset certum, perpetuum, & inuariabile; quia tunc omnino tenentur, vt tradit Afflict. in d.c. 1. n. 9. & seqq. Episcop. Io. Maria Bellett. disquisit. clerical. par. 1. de exempt. clericor. §. 5. nu. 1.

Sed quia sæpissimè in Regno fiunt donationes clericis in fraudem, ne soluant collectas, difficultas est, immò labyrinthus ferè inextricabilis in dignoscendo, quando fraudulentæ dicantur; sed vt hic nodus enodetur,
23 aduertendū censeo, quòd † quando laicus clerico bona in fraudem donasset, ne ipse laicus gabellas, aut collectas solueret, tunc nulla, & inualida reputatur donatio, argum. tex. in l. sed Iulianus, ff. ad Macedon. Doct. in l. post contractum, ff. de donat. vbi Bart. & in l. in fraudem, ff. de iure Fisci, Duenn. regul. 226. in 1. limit. sed esto quòd non esset ipso iure nulla, sed requireretur reuocatoria, adhuc donatione non obstante, clericus gabellas, & collectas soluere tenetur, Specul. in tit. de cleric. coniug. n. 16. Bar. d. cons. 180. Bald. cons. 112. vers. sciendum est, vol. 2. Imol. in Clemētin. præsenti, in princ. de censibus Petr. Antibol. de muner. part. 3. in princ. nu. 209. Otalor de nobilit. par. 2. cap. 1. nu. 15. AEgid. Thomat. de collectis, pag. 111. nu. 2. Grammatic. in c. Regni, non exigit, num. 7. 8. & 9. Mari. Antonin. d. resolut. 88. num. 8. Octauius Gloritius respōs. 5. sub nu. 15. aliosque citat Carol. Graff. d. effect. 3. nu. 288. & seqq. vbi pluribus rationibus hanc opinionem exornat, ibique non nullas fraudum præsumptiones subnectit post alias adductas per Mari. Anton. ibidem, nu. 9. qua-
24 rum † prima est, si frater laicus omnia eius bona, vel maiorem ipsorum partem fratri clerico donauerit ex tex. in l. omnes, §. Lucius, vbi Bart. nu. 2. ff. quæ in fraud. credit. Mascard. cōclus. 559. nu. 1. & 2. Guttierez pract. qq. lib. 2. quæst. 132. nu. 6. Remig. de gonn. de charitat. subsid. quæst. 62. nu. 6. in 15. tom. tract. diuersor. part. 2. fol. 286. secūda si pater plures habens filios, vni tamē Clerico omnia bona, vel maiorem partem donauerit, Graff. d. effect. 3. nu. 193. Mascar. loco citato, nu. 17. 18. & 19. Tertia, si donator in possessione rei donatæ remanserit, argum. l. si quis §. superuacuum, ff. quib. mod. pignor. vel hypothec. solu. & l. si quis in fin. C. de natur. liber. Bart. in l. post contractum nu. 4. & 5. Mascard. in præcitata conclus. 559. nu. 3. 4. & 9. Graff. ibidem n. 192. ex Doctorib. per ipsū relatis. Quarta, si donator post factam donationem, idoneus, ad soluendas collectas, non reperiatur, Guttierez d. quæst. 132. nu. 7. Quinta, si fuerit cōuictus donator, quòd in fraudem fecerit, ne gabellas, & collectas solueret Soccin. cons. 264. num. 2. vol. 2. Mascard. d. conclus. 559. num. 24. & per totam; generaliter tamen, quòd
25 † fraus, & dolus, attenta, ac considerata personæ donantis, & donata-

rij qualitate præsumitur,& si fraus tã in donatione,quàm in immunitate detegatur, bona ipsa donata publicabuntur,Batt.in l.1.C. de nau. non excus.lib.11.Arnon.soliloq.82.Grãmatic.in d.c. Regni,non exigir,nu.9. Addentes ad Afflict.in constit.Apostatántes,in litera,C.in fin.lib. 1. vbi
26 idem procedere dicunt, si † laicus pecuniam clerico dederit,vt de ea fundum emeret, de gabella soluatur; ita Ferrett.de gabell.nu.173. Grass. loco relato nu.194.vers.& si fraus,& 195. Capyc. in inuestit. feudal. in verbo,collectis,vers. clerici,limit. 5. pag. 122.col.2.circa finem.

27 Cæterum quando sunt clerici cõiugati, memorata distinctio non admittitur;quia ij etiam pro bonis proprijs collectas, datia,& gabellas soluere tenentur, ita Abb. Antiq. in c. ex parte, de cleric.coniugat.Bald. in Margarita,in ver. clericus,vers.fin.& in addit.ad Specular.in tit.de cleric. coniug. Abb. in eod. cap.ex parte Angel. in Auth. de Monacis,§.pen. Berthac. de gabell. part. 7.num.12. Guid.Pap.decis.383.nu.2.vbi addẽtes in litera,C. Côuar.pract.qq.cap. 3.nu.9. vers.2. hæc,Capyc. in inuestit.feudal in verbo,collectis,vers.clerici,limit.7.pag. 123. qui allegat c. Regni,non exigit,Additio ad Guid. Pap.in decis.381.lit.A. Afflict. in c.1.de clerico,qui inuestiturã fecit, nu.8.Io. Ant.de Nigr.in d. clement. in verbo,priuilegia,nu.181.de vit.& honestat.clericor.& in c. item statuimus, quòd si clerici, Festas.de collect.part.4.cap.1. num.7. Borrell.ad Bellug.in Specul.Princip.rubr.11.§. videamus,in litera,A.vers.quo verò Bartolom. de Capua,idem Io. Ant. de Nig.in c.Regni,item statuimus, ꝙ Clerici, 98. nu.16.in rubric. de cleric.clericaliter viuẽtibus,Ferrett. de gabell. nu. 541. Duen.reg.100.fall. 10. Remig.de Gõn.de charit.subsid. quæst.65.nu.5.& 6.in 15.tom.tract. diuers.part.2.Camill.de Curt. in diuersor.feudal.part.2.cap.2.num. 89. Carol.de Grass. d. effect.3.nu.44.& 45. vbi magis communem profitetur, Floridus Mauson. de caus. execut.ampliat.29.num.48.Riccius in collectanea,165. in fin. part.1. Episcop.Io.Maria Bellett. disquisit. clerical. part. 1.tit.de exemptio. clericor.§.6.nu.2.Donat.Anton.de Marin. quotid. resolut. cap. 58.num.9. 2. editione.

SVMMARIVM.

1 *ANnui introitus in æstimo, pro soluendis collectis, apponuntur.*

2 *Gabellæ inter immobilia connumerantur.*

3 *Census loco cohæret.*

4 *Ius censum percipiendi rei immobili in loco rei sita consistere dicitur.*

5 *Res mobilis si immobili cohæreat, ratione cohærentiæ reputatur.*

6 *Census pro ipsius substantia super re immobili constitui debet.*

7 *Census inter immobilia ex magis communi connumeratur,& nu.9.*

8 *Census super obligatione personali non potest constitui, etiam ex bulla Pij V.licet super re,& persona cõstitutus valeat,& nu.11,& 121.*

10 *Census ex bulla Gregorij 13.super certa*

certa re constitui debet: verum contrahentes generalem obligationem super omnibus bonis addere possunt.

Caput Sextum.

1 SEd vt è diuerticulo in viam redeamus, † inter bona, quę in æstimo pro soluendis collectis apponũtur, veniunt quoque annui introitus, vt post Sebast.de Neap.& Io. Ant.de Nigr.in d.c Regni,porrecta,ille nu.19. & iste nu.71.Luc.de Penn,in l. agros,num. 10.C.de fund.limitoph.lib.11.comprobat Dominus Ferdinandus Rouitus in d. alleg.n.25. cum seq;etiam,
2 quòd super gabellis sint constituti,† quæ inter immobilia computantur, Ludouic.Molin. de contract. part.2. disput 389.nu.3. vers. quatenus autem,Felician.de censibus,tom.1.lib. 2.cap.3.nu. 36. Ioannes Franciscus leon. in Thesauro fori Ecclesiastici part.2. cap.15.de censibus num. 7. ad finem.Ludouic.de Auendan.de censib.hispan.cap.52. nu.1.cũ seqq. Cencius in eod.tract. part.1.cap.3. quęst.1.art.1.n.14.Nouissimè Duar. de cens.S.1.quæst.30.in 1 conclus.
3 Census verò loco cohærent, Bald. Aluarot.& Afflict.in.c.1.S.sciẽdum, de feud.cognit.Rip.respons. 171.visis instrumentis, nu. 12. Paris. cons. 84.n.7.vol.3.Bart.in l. cotem ferro, S.qui maximos,nu.4.in fin.ff.de publicano.Auendann. respons.23. nu.2. & de exequend.mandat. lib.2. cap. 14.nu. 15. vers. item ille, Stephan. Gratian.in addit.ad decis.13. nu.6. Duard.de censib.in proem. quæst.x. in 4.conclus.nu.17.
4 Neque à ratione dissitum est, quòd ius censum percipiendi, re immobili cohęrere debeat,ratione cuius cohærentiæ in eodem loco rei sitæ,cui cohæret, consistere dicitur;inest.n. prædio tãquam accidẽs in subiecto, Nauarr.in commentar.de vsuris S 21. nu.83.Parlador.rer.quotidianar.lib. 1.cap.3,nu.20.ita non obscurè Bald. in c.1.nu.5.in fine,de controuers.inuestitur.inter vassall.& Episcop. Rip. in.l.fin.nu.2.ff. quor.bonor. quos,& alios refert Gabriel cons.141.n.15, lib.2.Roderic.de ann. reddit. lib.2. quæst.9.nu.8.in fine, alios congerit Stafil.Pacifi.in tract.de saluian.inter dict.inspect.3.cap.2.n.223.iuxta postremam impressionem,Caroc.decis. 103,nu.16. Alcibiad.lucerin. obseruat.pract.lib.1.Academ.5. obseruat. 3.nu.5.& seqq. Gratian discept. forens.lib.3.cap.585.n 6.& seqq. Ludouic.Cencius part.1.cap. 3.quæst. 1.art.2.nu.4.
5 Rursus hæc cohærentia adeo qualitatem rebus,quæ alteri cohæret,tribuit,vt res,quæ de sui natura est mobilis,si immobili cohæreat,immobilis reputetur Rimin.iun. cons.501.n. 76.lib.5.Menoch.de retin. poss.rem. 3.n.284.Bertazol. de clausul. instrũ. clausul.19.glos.3.nu.7.Parlador.rer. quotidianar.cap,3 S.8.nu.18. lib.1.

Cencius,de censibus,part.1.cap.3. quæst.1.art.2.nu.5.Duard.de censibus in d.quæst.x.in 2.conclusione, nu.12.

6 Et de substantia cẽsualis contractus est,vt super re immobili cõstituatur, alioqui nõ valeat,Cassan.in consuetud.Burgund.rubr.11.§.6.in tex.alcune ciose,& in Catalog.glor.mund. part.12.consid.99. vers. aduerte tamen,fol.328.Cẽcius in tract.de cẽsibus,part.1.cap.3.quæst.1.art.1.nu. 4,& 5.Molfes.ad consuetud.Neapolit.tom.1.part.2.tit.de bonis,quæst. 12.nu.2.& 3.& cons.8.nu.8,& 9.& cons.17.nu.18.Foller. in praxi censuali,in verbo huiusmodi censualia, nu.48.Couar.var.resol. lib.3. cap.7. nu.5.vbi dicit communẽ,Iacob.Gal. cons.18.nu.2.Viuius decis.369.nu.3 Thesaur.decis. 154.nu.3.Milanens. decis.1.nu.97,& decis.2.sub.nu.21. part.2.Bursat.cons.114.n.11. vol.2. Intrigliol.singul.10.nu.2.lib.2.& in addit.Surd,cõs.318.nu.12.cõs.421. nu.2.cõs.511.n.4.& 5.Borrell.cons. 93.nu.3. Alex. Trentacinq. var.resol.lib.3.tit.de cẽsib.resol.1. nu.17. col.2.vers. circa quartam conditionem,Marcell. Conuersan. in annot. ad Intrigliol. in tract. de censib. ad quæst.35.litera,A,& B.ad.quæst.37. litera A,& ad quæst.60.ead.litera,& latè Canonicus Nouarius in summ. bullar.tit.de contract.censual.nu.15. & seqq;

7 Et hac de causa cũ nil aliud sit census,quàm ius annuam pensionem ex immobilibus percipiendi , vt tradit Mantic.decis.14. nu.1, & post alios Anellus de Amat. in cons.77.nu.6. 13,& 35. ideo inter immobilia connumeratur,vt magis comuniter probant,scribẽtes per tex.in.l. iubemus nulli vbi glos.& Bald.n.5.C.de Sacr. Sanct.Eccles.c. querelam, extra de elect. clement exiui de paradiso.§. cumque annui redditus,de verbor. signif.Io.Faber super Codice ad tex. in l.hac edictali.C.de secund. nupt. nu.6.Federic.de sen.quæst.12.nu.4. Benedict.Bon.de censib. fol.15.Io: dilect.de arte testandi,tit.8.de varijs testatorum preceptis,cautel.5.sub.n. 5.innumeros more solito recẽset Tiraquell.de ritract.lignag.§.1. glos.6. nu.4.cum seq;plures cõgerit Deciã. respons.2.n.121.vol.1 plurimos cumulat Caroc.in tract.de locat.& cõduct.part.3.quæst.17.de annuis reddit.fol.141, & latius in tract. de excus.part.2.quæst.44. alios citat Molina de primogen. hispan. part. 1.c. 6,& lib.2.cap.10.nu.6. longam Doctorum congeriem adducit Surd.de alim.tit.9.quæst.40. nu.36,& decis. 204.Rol.à.valle cons.54.n.6, & 28. lib.2.Hieronim. Gabriel cons. 105. num.10.lib.2.Paris. cons.56. nu.15. & seqq.vol.3.Franc.Beccius cõs.35. nu.finali,Honded.cõs.61.nu.35.vol. 1. cumulatissimè Cæsar Barz. decis. 103.nu.16.& 18.& decis. 109.Auẽdann.respons.23.n.2.& 3.vers.item census,Rimin.iun. cons. 501.nu.80. & 81.Magon decis. Florentin. 107. nu.9.Gaill.obseruat.10.lib.2.Misinger.obseruat.69. centur. 1. Redoan. de rẽb.Eccles.nõ alien.rubr.13.Eugen. cons. 100. Ant. Gabriel,tit.de verbor.signif.conclus.8. Rota diuersorum decis.239.part.1.Cacher.decis.

cis.99.nu.49.de Franchis decis.362. nu.7. & ad Consuetud. si mulier,tit. de iur.dot.fol.233. Marius Giurba decis.79. nu.8, & decis. 87.nu.9. & ad consuetud.Messan.cap.12.glos.5. nu.9.& seqq.Mastrill.decis. 121.nu. 19.Gratian.in addit.ad decis.13.nu 6.& decis.54.nu.27. Maranta cons. 104.in fine,abūdè Rosēthal.de feud. cap.4 conclus.5.nu.1,& 2.& in glos. litera,A. Ioannes Baptista Costa de ratione ratæ,quæst. 131, nu.3. Mar. Antonin. var. resol. lib.2. resol.60. cap.34.in fine Foller.de censibus in verb.huiusmodi census,n.25. Marc. Ant. Peregrin. decis. 70 nu.2. cum seqq. Marc. Anton.de Amat. decis. Marchię.6.nu.4.Io.Andr.de Georg. alleg.38.nu.9.& seq;& alleg.49.nu. 43.& in repetit.feudal. cap. 42.sub. nu.9 Viuius opin.683.vol.2.Minad. cons.12.Menoch.cons.1007.n.103, & 111,& de arbitr.iudic.lib.2. cent. 3 cas.233.nu.1.Felician. de censib. lib.2.cap.3.nu 34.Roderic. de ann. reddit.lib.1.quæst.3.n.8,& 9.quæst. 4.n.23,& quęst.14.n.2.Boccac.post tract.vti possidetis in quæst. de censib.cap 19.nu.60.cum seqq. Intrigl. de censib. quæst. 36. vbi Marcell. Conuersan.in addit. littera B, cæteros cum pluribus Rotæ decisionibus commemorat Cencius eod.tract. de censib.part.1.cap.3. quæst.1.art.2.n. 6.cum seqq.Camill.de Curte in diuersor.iur. feudal.§.redeundo igitur, nu.9.& seqq.fol.24.communem inquit Gabriel cons.141.nu.18.vol.2. magis communem dicunt Molfes. ad consuetud Neapolitan.part.2.tit. de bonis,quęst.12.n.9,& 10.& cons. 11.n.15.& seqq.cōmunē post multos relatos inquit Castil.de vsufruct. cap.41.nu.5.qui licet tertiam speciem ab aliquibus excogitatam dixerit,quando census super re immobili est impositus, illam tamen reprobādo, hanc amplectendam constanter asserit,luculenter comprobant Surd. d.decis.204. nu.8. & Hieronim Gabriel d. cons.141. nu. 16.qui illam tertiam speciem tunc dici posse concedit, quando super re mobili census constituitur, Ioan. Griuell.decis. Doloan. 53. num. 3. & 9. Papon. lib. 17. tit. 4. de rebus mobilibus, vel immobilibus arrest. 1. Carpā. ad statut.Mediol.c.417.n.91.97;& seq. Belluga in specul. Princip. rubr.13. de decimis,in vers.restat,nu.8.&,ibi, Borrell. in addit, lit. b. & consil. 17. nu.23.Sola ad Constitut. Sabaudię, tit.de alien. bonor.minor.& mulier. glos.3 n.6.Cassan.in consuetud.Burgund.rubr.5.des rentes,§.1.n.5.col. 806.Redoan de reb.ecclesi.nō alien. rubr.de alienat.reddituum nu. 29 & 30.Parlador.rer.quotidianar. cap.3. §.8.n.12,& 18.lib.1.Camill.de Medic.cons.133.nu.18. Koppen decis. German.24.nu.8.& 16. Ferron.in consuetud.burdegal.tit. 8.de feud.& emphit.§.20.vol.1.Prosper Rendel. in tract.de iur. congrui,pag.370.sub nu.14.Mantica decis.14. nu.1. Gutierez pract.quæst.lib.2.cap.146.n. 1. & in tract. de gabell. quæst.57.n. 13.Rodinger.de feud.lib.2. cap.13. n.2.Gratia. discep.for. c.885. n.1,& seqq. Duardus de censibus. in proœmio,quæst. 10. in 5. conclus. Iacob. Cancer.tom.1.var.resolut.tit.de tutorib.

torib.cap.7.nu.78. Rota Romana apud Farinac.tom.2.decis. 492.n.11. Donat.Ant. de Marin. quotidianar. resolut.cap.11.nu.1, & seqq. Dom. Regens Hector Capyc. latro in dec. 116.nu.18.

8 Est tamen extra difficultatis aleam in terminis Bullæ Nicolai quinti;cū subiugatio per venditionem, & emptionem fiat, & census super rè certa imponatur, quæ ad ipsum annuum censum obligatur, vt docet Foller. super Bulla, in verb. huiusmodi censualia, nu.5. & est communis forma contractus subiugatorij, quæ in Regno seruatur iuxta tenorem pragmaticæ,& ipsius bullæ, vt super obligatione personali tātū subiugatio subsistere non valeat, Dominus Regens Tapia in Iure Regni Neap. lib. 4.tit. de censib. fol.12.nu 7.108. 109. & 112.cum seqq. qui communem esse inquit, sicuti tenet Cannet.in d.cap. volentes,in quæst.quę incipit successiuè,fol.164.ibique contrarijs respōdet, magis communem ex Gregorio lopez dicit Paulador. rer. quotidianar. cap.3.§.8. nu.22. lib.1. sequitur Ant.de Ball.iun.super Bulla,quæst.2. n.41.cum seqq.lib.5.Duardus de cēsibus §.1.quæst.2.nu.18,& q.4 n.18. licet super re, & persona constitutus valeat,Mastrill in addit.ad Petr.de Gregor. super bulla Nicolai quinti, quæst.5.nu.57,& 58. quem refert,& sequitur Duard.d.§.1.quęst 4.nu.17, & 18. & in supradicta quæst. 2. ampliat.2.nu.14.& seqq. † supradictam

9 principalem conclusionē,quòd census inter immobilia numerentur, cōstanter tenet Ant.de Ball. super bulla,quæst.30.nu.7.quia perpetuò durare possunt,dum nō redimuntur, ex tex.in l.sufficit,ff.de condit. indebit. post. Foller. optimè Peregrin.d.dec. 70.n.3.plurimos,vt ꝑpetui dicātur,citat Maur.Burg.in trac.de laudim.p.2. inspect.20.n.16.Intrigliol super bulla,quæst.97.Thesaur.decis.Pedē.154 Iac.Gall.cons.55.n.6.Surd.cons.511 nu.3.& 4.Duardus in d.quæst.10 nu. 40.& 41.

10 Et licet in Regno vigore bullæ Papæ Nicolai quinti census super omnibus bonis generaliter constitui potuisset, vt ait Petr. de Gregor. super bulla prædicta, quæst.5. vers. Tertiò requiritur,Foller.super bulla in verb. huiusmodi censualia,n.48. Tamen superuenit Bulla Gregorij 13. executoriata in Regno , quæ disposuit, quòd subiugatio fiat super certo prædio, verum quòd contrahentes possint addere generalē obligationem super omnibus bonis,Milanens.dec. 2.n.116,& seqq.lib.2.Mastril.ad Petr. de Gregor.super bulla,quæst.5.n.55, & clarius,nu. 165. Iacob. Gall.cons. 18.nu.2.Mantica. decis 302. nu.9.& 10. Alex.Trentacinq.var.resolution. lib 3.tit.de censibus,resol.1.sub num. 17 vers.non discederem in iudicando,Marcell Conuersan.ad quæst 35. Nicolai Intriglioli,super bulla,lit. A. Nouissimè Duardus in tract.de censibus,§.1.quæst.4.nu.12.14, & 15,& quæst.51.nu.10.

11 Confirmat hūc intellectum, & penè in apetto cōstituit Bulla Pij quinti disponens, vt super re immobili,& nō super obligatione personali census constitui possit,veluti declarauit Ro-

Rota Romanæ decis. 80. nu. 1. post di ctum tract. Cencij, & dicā infra cap. 8. nu. 16. quæ bulla, licet in Regno non recepta dicatur. Tamen contrarium vsum, vel non vsum in qualibet Orbis Christiani parte non posse allegari, sed vbique seruandā esse docet Nauarra de vsur. n. 108. Honded. cons. 35. nu. 3. lib. 2. Thesaur. decis. 154. nu. 4. Cingulo de censibus, part. 2. n. 20. Ludouic. Lopez de contract. lib. 1. cap. 57. vers. omnibus ergo, vbi alium vsum tolerandum non esse inquit Surd. consil. 282. per tot. lib. 2. Paul. Comitat. è Societate Iesu resp. mor al. lib. 3. quæst. 38. Viu. dec. 369. nu. 3. part. 1. Muta decis. 92. nu. 10. post Regentem Rouitum, Regentem Tapiam, & Mastrill. ac totis viribus defendere conatus est, præ cæteris idem sentientibus, Boccatius de censibus, part. 2. n. 13. cum seqq. & 208.

SVMMARIVM.

1 Onera soluit, qui fructus percipit; iure tamen proprio, & nu. 3.

2 Percipiens partem fructuum, pro illa rata ad onera tenetur.

4 Conductor, & reconducta fructus percipiens, ad onera non tenetur, & si soluerit, à domino repetit, & nu. 5.

6 Emphiteuta Ecclesiæ fructus iure proprio percipiens, ad collectas tenetur, & nu. 7.

8 Emptor census ad onera tenetur, & collectas soluit, & nu. 9.

10 Pensionarius pro sua rata onera soluit.

11 Fructuarius onus rei, vel fructibus, aut personæ impositum, soluit.

12 Onus semper suscipit, qui commodum percipit.

13 Censum possidens dicitur esse in possessione respectu rei, pro qua census præstatur: non autem respectu obligationis, seu actionis personalis.

14 Census super fructibus vnitur, & licet super re imponatur, tamen respectu fructuum imponitur, & n. 15.

16 Emptor census commoditatem perceptionis fructuum ex re summissa: non autem rem acquirit.

17 Census super re infructifera impositus, inualidus, & vsurarius reputatur, & nu. 18.

19 Idem si res non esset tanti redditus, quantus est census.

20 Emptor census pro rata fructuum, quos ex re percipit, soluere cogitur, si autem [illegible], vel rei possessor onera soluerit, in solutione census, illorum ratam penes se retinere potest.

Caput Septimum.

1 Apud omnes in confesso est, quòd is, qui habet censum super re, ad solutionem onerū tenetur, sicuti is, qui immobilia possidet; est. n. regula, q. is, qui percipit fructus, tenetur ad onera, l. hactenus, vers. modica, ff. de vsufr. l. stipendia, ff. de impens. in reb. dot. fact. l. quæro, ff. de leg. 1. l. 1. & 2. C. de annon. & tribut. lib. 2. l. fructus, C. de act. empt. l. fin. C. sine cens. vel reliq.

reliq.Clapper.cauſ.85. qu.vnic.nu. 3.per tex.in d.l. hactenus, & in leg. ſi pendentes, §.ſi quid cloacarij ff. de vſufruct. qui de communi teſtatur,& cauſ.98.quæſt.2.nu.2.Bald.in l.ad inſtructiones, nu.1.C. de Sacr. Sanct.Eccl.& in l.pen.§.idem teſtator,ff.de leg.3.Theſaur.deciſ.176.n. 5.Marta de iuriſdictione,parte 4.cent. 1.caſ.112.Ludouic.Sacc.reſpõſ.14. nu.19.Surd.poſt.Bart. Caſtrenſ.Roman.Alex.Barbat.Soccin. Dec.Affl. Pariſ.Curt.iun. Natta, & Cephal.in conſ.146.nu.6.lib.1.Alex. conſ.52. lib.5.Iaſon.in l.1.n.32.C.de iur.emphit.Pariſ.conſ.25.nu.56,& 97. lib. 1.Soccin.iun.conſ. 49.nu. 16. lib.4. Rol.à Valle cõſ.79.n. 17.lib.4.Petr. de Vbald.in tract. de collectis.n.74, & 75.Dominus Regens Valenzuela lib.1.conſ.94.nu.98. Marc. Mantua ſingul.440.Afflict. in conſtit.Regni, rubric.97. de pœna contumac.§.fin. incip.ſine reali,lib.1. nu.5. Auendañ. de exeq.mandat. lib.2.cap. 14.fol. 190.col.1.Io.Oroſcius in l.inter debitorem ff.de pact. Soccin.cõſ.217. vol.2.Valaſc.de iur. emphit. quæſt. 17.ſub. nu.1. verſ. regula eſt enim, Garſias, poſt Caſſaneum, Gig. Bald. Angel. Auendann. Oroſ.Pinell. Vaſqui, & Molina, in tract. de expenſis, 2 cap.x1.nu.46.& 47. vbi † ſubdit, percipiens partem fructuum,pro illa rata tenetur ad onera, & nu.56.extendit etiam ad collectas,quę imponuntur pro bonis.Tamen intelligitur pro bonis ad rationem fructuum, & reddituum,& perſonam quę tunc pro modo tamen rei,fructus,& reddituu, ſic tradit ipſe poſt Bart.Bald.Angel.

Roman.Petr.de Vbald.& Afflict.teneri ad collectas, dicunt quoque Alex.Trentacinq.var.reſol.lib.1.tit. de iure fiſci, reſol.4. Neuizan. conſ. 74.nu.11.Menoch.conſ.9.n.12. lib. 1.Io. Baptiſta Coſta, conſ. 1. num. 139.Petr.Ant.Anguiſſol. cõſ.52.nu. 3.Io.Ant.niger in c.Regni,porrecta, nu.32. Morotius reſpons. 76. nu.4. Pinell.de bonis maternis,in 2. part, l.1.ſub.n.72.ampliat.7.fol.mihi 187 Surd.in tract.de alim.tit.8.priuil.91 n.7.& ſeqq.Vrſill.ad Afflict.in dec. 262.nu.8.Oſaſch.dec.83.n.6.Clapper.d.cauſ.85.quæſt.vnic.nu.3. Ant. Hering.in tract.de fideiuſſor.cap.24 nu.271,& ſeq.Surd.conſ.146. nu.6. Rot.Roman. deciſ. 191. nu.10. poſt tract. de cenſibus Ludouici Cencij, Gratian.diſceptat.forenſ.lib.2. cap. 294.nu.10, Florid. Mauſon. in tract. de cauſ. executiuis, ampliat. 29.nu. 15.verſ.fructuum.n.perceptor.

3 Quod tamen intelligunt, quãdo qui percipit fructus,iure ꝓprio poſſidet; quia ipſe tenetur ; etiam quòd alius ſit in æſtimo deſcriptus,Roman.cõſ. 73.circa primum,col.fin.nu.5.Alex. conſ.35.nu.11,& 12.verſ. cum ergo munus,lib.4.& conſ.31.nu.4.in fine lib.5.& conſ.148.n.2.lib.6. Gozad. cõſ.83.Feſtaſ.de collect.cap.1.nu. 35.36,& 37.Curt.iun.conſ.42. n.1 Afflict.deciſ.252. nu.4. Natta conſ. 312.n.5Cephal.conſ.200.n.1.Surd. conſ.246.nu.6.lib.1.Bellon.conſ.27 nu.19.Oſaſch.deciſ. 83.n.6. Anton. Hering.in tract.de fideiuſſor.cap.24 nu.271.Mar.Antonin. var. reſol.lib. 1.reſol.11.nu.9. Rol.conſ.79.n.12. lib.4.& dicam infra,cap.8.nu.9.

I Et

14 Eò, quia emptor ad solutionem onerum tenetur, ita concinit tex. in l. debet,ff.de ædilit. edicto, quem tex.dicit notabilem Bald.in l. si in prædium,nu.6.C.de iure emphit. ex tollit Rom.sing.588. astipulātur Alberic. in l. & ideò,de condict. furt. Pet.de Vbaldis in tract.de collectis, vers.in correllario,nu.6. Pinellus in l.2.part.2.cap.3.nu.4.C.de rescind. vend.Garz.de expēl.cap. 18.nu 46. Sicut emptor tenetur ad gabellæ solutionem ex magis communi, post Palat Ruu.Tiraquell.Matthiens.Azeued.Lassart. & alios per ipsum relatos,tradit Guttierez in tract. de gabellis,quęst.46.nu.1.alios citat Ant. Gamma decis.349.nu.5.Alex.cons. 51. nu. 4. lib.3.Parlador.rer.quotidianar.cap.3.§.7.nu.5.lib.1.Cappel. Tholos. quæst. 451.Gironda de gabellis 4. part.§.1.nu.1.fol.76.col.1. decis.Perus.113.nu.fin. Monter.decis. Aragon. 20. nu. 72. Soccin.iun. cons.70.nu.8.vol.3. Bursat.cons.56. nu.16.Hartman.Pistor.part.1.quęst. 50.nu.4. Ant. Hering.de fideiussor. cap.24.nu. 273. Octauius Gloritius respons.5.nu.22. Felician.de censibus,tom.1.cap.6. & vltimo, num. 2. vers.onus,Mastrill. ad Petr.de Gregor.in tract.de censibus,quæst.7.nu.

15 23.pag.190.qui nu.24.dicit † de iure Hispano spectare ad venditorē, & ex pluribus per eum alligatis, Roderic.de annu.reddit. lib.2. quæst.4. nu.1.& in gabella,Cumia in cap.si a-

li-

liquem,de succeſſ. feud.antiq.ſub nu. 241. Petr. de Gregor. de conceſſ. feud.part.8. quæſt.16.tit. de iure decimæ,nu.25. pag. 284. Iacob. Gall. conſ.83.nu.6. Gozadin. conſ.65. nu. 2. & eſt communis opinio, vt poſt Alberic. Iaſon. Soccin. & Cappell. Tholoſ.affirmat Burſat. conſ.56.nu. 16.lib.7 Ioſeph Ludouicus d.dec.Peruſ.113.nu.3.Maur. Burgius de laudim.inſpect.3.nu.2.Caballin. Milleloq.121. Duard.d.§.4.quæſt.39.nu. 12.verſ.imò in hiſpania,& §.2.quæſt. 21.nu. 24.

16 Quod tamen pactum, & ſi non dicatur contra ſubſtãtialia contractus; quia de vna ſpecie in aliam tranſire non facit,Surd. conſ. 202. num. 40. Duard. d. § 4.quæſt.41.nu.2 tamen

17 † vitiatur,& non vitiat contractum, vt eadem Rota Romana declarauit in deciſ. 147. poſt eundem Cencij tract. & ipſe plenius recenſet in part.2.cap.1. quæſt.3.art. 1.

SVMMARIVM.

1 *Contractus illicitus, conſuetudine licitus redditur.*

2 *Conſuetudo ex actibus Populi difformibus non inducitur.*

3 *Conſuetudo non ſoluendi cenſum iuxta ſummam à Bulla, & Statuto taxatam, vſuram inducit.*

4 *Conſuetudo vſuras inducens, valida non eſt, nec eam Princeps permittere poteſt.*

5 *Conſuetudo inducẽs vſuras, non excuſat à pœna tẽporali, maximè de Iure canonico, & n.6.*

7 *Communis vſus, & obſeruantia non facit licitam vſurarum extorſionem.*

8 *Conſuetudo in materia vſurarum; licet de Iure ciuili permitteretur. tamen de Iure canonico, tanquam peccati nutritiua prohibetur.*


9 *Conſuetudo vſuram inducens, an excuſet à pœna.*

10 *Conſuetudo in materia cenſuali vſuram inducens; licet excuſet à pœna temporali: non tamen excuſat à reſtitutione, & à nullitate contractus, & nu.12.*

11 *Conſuetudo niſi ſit rationabilis, & præſcripta, iuri naturali, Diuino, ac Poſitiuo derogare non poteſt, quando ipſius tranſgreſſio peccatum inducit.*

13 *Conſuetudo irrationabilis, & iniqua non eſt ſeruanda; cum vſurpatio, non conſuetudo appelletur.*

Caput Vndecimum.



1 Erutile tamen erit quærere, an conſideratio conſuetudinis in Regno ex eo, quòd ſic ſoleat paciſci, faciat, vt licitus, & non vſurarius contractus iudicari debeat; dum conſuetudo illos reddit tales, Bart.in l.quòd ſi fugitiuus, §.apud Labeonem, de ædilit. ædicto, Crauetta conſ.145.num.12. Dec.conſ.169. col. pen. ad fin.Ro-

2 lan.conſ.58.nu.19.& 20.lib.4. † verum nequaquam dubium aliquod in ſe habet; ſiquidem non omnes Vniuerſitates hæc pacta immunitatis cõ

ſti;

stituunt, & ex actibus Populi difformibus nulla legitima Consuetudo introduci potest, Bar. in l. 2. in princ. vers. ex quo nota, C. quæ sit longa consuetudo, & in l. solet, §. non verò, ff. de offic. proconsul. Dec. cons. 8. Alex. cons. 5. sub nu. 2. vers. quartò quia, & cons. 127. nu. 4. lib. 5. Misinger. singul. obseruat. centur. 6. obseruat. 42. Crauetta cons. 325. Surdus cons. 254. nu. 2. cons. 393. nu. 22. cons. 449. nu. 7. & cons. 476. nu. 11. & 12. Menoch. præsumpt. 31. nu. 8. lib. 4. Regens Valenzuela cons. 4. nu. 42. cons. 34. nu. 167. & cons. 46. nu. 16. Bald. in l. de quibus, nu. 35. ff. de legibus, Intrigliol. de feud. centur. 1. quæst. 50. nu. 29. Bellon. decis. Rotæ Genuæ 17. nu. 6. Morot. respons. 34. nu. 8. & 9. Casanat. cons. 38. nu. 61. Gratian. discept. forens. discept. 561. nu. 26. & discept. 679. nu. 12.

3 Præterea hæc Consuetudo esset contra Bullam, & Reg. Pragmat. & & vsuras induceret, clement. 1. de vsur. c. quia omnibus, & c. cũ nobis, vbi glos. in verbo, multi, de vsuris, c. inter dilectos, de excessu prælatorũ, c. fin. de Consuetud. Bero. cons. 167. in princ. lib. 1. vbi nu 10. dicit, quòd non excusatur. Sot. de iust. & iure, lib. 6. quæst. 1. col. 6. paulò post princ. vers. restant ergo tria argumenta. Roch. in c. fin. in 3. notab. de Consuetud. Rot. Roman. decis. 9. nu. 23. & decis. 11. nu. 2. & seqq. & decis 155. nu. 3. & seqq. post d. tract. Cencij de cẽsibus Sslicet. & Castr. in l. eos, §. super vsurarum, C. de vsur. consue-
4 tudo † autem, quę vsuras inducit, valida non est, nec Princeps, eam permittere potest, Rebuff. in constitut. Regni Gall. tom. 2. tract. de constit. reddit. glos. 1. nu. 4. Afflict. decis. 91. nu. 8. Petr. Royz. in decis. Lituanica 5. nu. 233. & seqq. Ant. de Ballis iun. ad Pragm. Regni super Bulla, quæst. 18. nu. 13. lib. 5. Marta vot. 125. nu. 13. Mantic. de tacit. & ambigu. lib. 8. tit. 25. nu. 22. & seqq.

5 Immò ꝙ talis Cõsuetudo non excusset à pœna temporali, astruunt Ludouic. à Peguera in suis qnæst. criminal. cap. 34. Crauetta in cons. 145.
6 n. 12. Sola in antiq. constit. Sabaud. tit. de vsuris, glos. 1. fol. 179. † maximè de iure Canonico, Rimin. iun. cons. 218. nu 53. & 57. & cons. 399. nu. 56. & seq. Bero. cons. 207. nu. 16. lib. 3. Lupus de vsur. commentar. 4. cap. quenquam, nu. 65. quia † communis vsus, & obseruantia non facit licitam vsurarum extorsionẽ, c. quia in omnibus, de vsuris. Item † quia procederet de iure ciuili non autem Canonico, quod debet in hac materia attendi, & cum esset nutritiua peccati, non axcusat. DD. communiter in c. fin. de consuetud. Cęphalus cons. 549. nu. 77. Cæsar Manent. de censibus, quæst. 6. nu. 6. 7. & 36. Caballin. milleloq. 810. Surdus cõs. 327. n. 51. & seq. alios citat Farinac. part. 3. tit. de pœn. tẽperand. quæst. 95. nu. 6. Crauett. cons. 319. col. 3. Rolan. cons. 3. lib. 2, Morot. respons. 26. nu. 8. Viu. decis. 66. num. 6. lib. 1. Molfes. ad consuetud. Neap. part. 4. de renunt. quæst. 11. num. 10. & 11.
9 Mastrill. decis. 106. nu. 49. lib. 2. † Et in hunc sensum respectu pœnæ loquuntur Menoch. præsumpt. 122.

nu.58.lib.3.& Natta conſ.586. nu. 9.vt ſtante frequentia contractuum, non debeat cõtrahens,vti vſurarius, in pœnam incurrere,vt idem Natta declarat, nu.10. vbi ſubdit, quòd ſi ex forma contractus commiſſam eſſe vſuram manifeſtè, appareat, conſuetudo non excuſaret à pœna, vt quia ſoluerētur decem annua pro ſingulis centum, vel pro vndecim denarijs ſoluerētur duodecim, & ita loquitur tex. in c.inter dilectos, in principio, de exceſſ. prælat. & in clem.1. de vſur. & ſic in puncto tradit Rolan.conſ.75.nu.47.& 48. vol. 1. vbi concludit, quòd licet excuſetur à pœna temporali: tamen reſtituere tenetur. alios citat Surd. conſ.184.num.9. & 10. Farinac. d. quæſt.95. nu.7.in prima limit.

10 Et regulare eſt, quòd etiam in cenſibus, in quibus conſuetudo excuſaret à pœna, à reſtitutione vſurarum non excuſet, nec contractus validitatem operetur, Bart. in l. ſi quis ſit fugitiuus, §. apud Labeonem, vbi Veronenſ. nu.4.ff.de ædilit.edict.Bald. in l.vnic.quęſt.3.C.de his quę pœn. nom. Iaſon. in l.1. in vltim. lectura, quæſt.4.C.de ſumm.Trin.& fid.Cathol.Plot.ad l.ſi quando,§.6.nu. 54. Caccialup. ad l. cunctos Populos, nu.14.C.de Summ.Trin.& fid. Cathol.Soccin. in l. 1.§.final.ff.ſi quis ius dic.non obtemp.Idem Iaſon in l. ait Prætor, §. iurari, nu.16.ff. de iure iuran. Lupus ad l. curabit,§.4.nu. 66.C.de act. empt. Stracc. de mercat.part.1.nu.37.latè Tiraquell. lib. 2.de retract.nu.129. Seraphin. de priuileg.iuram.priuileg.137.num.2. Alex.conſ. 107.nu.22. vol.2. Abb. conſ.76. vol.1. Petrus Girard. ſing. 18. Soccin.iun. conſ.104.num. 3.& 14.vol.3.Panciroł.conſ.32.nu.1 Oldrad. conſ.207. in fin.Veron. de ſimul.contract.in princip.verſ.contrarium eſt in veritate, Rimin.iun.conſ. 218.vol.2.& conſ.177.in fin.Rimin. ſen.conſ.450.num.4.vol.3.Anchar. quęſt.70.nu.4.lib.1.Dec.conſ.9.nu. 4.conſ.170.conſ.175.col.ante pen. verſ. Tertiò, & conſ.197.col.2.Calder.conſ.4.de vſur.Vulpell. reſponſ. 70.in fin. Grat.reſponſ.39.nu.4. reſponſ.49.nu.12. lib.2. Barbat. conſ. 29.col. pen.lib.2.Ruin.conſ.143.nu. 27.lib.1.Burſat.conſ.201.nu.49.lib. 2.Borgnin.dec.2 n.40.part.2.Guid. Pap.deciſ.186.Caroc.deciſ.111.nu. 11.Charter.deciſ.Genuæ,21.nu.44. Bero. in c.quia in omnibus,nu. 8. & 9.extra de vſuris, & conſ.167.vol.1. & quæſt.77.nu. 2. Natta conſ.498. nu.24.& ſeq.lib.3.Menoch. d. præſumpt. 122. nu. 97. & de arbitrarijs iudicium,caſ.400.nu. 8. & 9. Farin. de pœnis temper.quæſt.85. num. 8. verſ.limita ſecundò,tom.1.part.2. & additio ad deciſ. x. poſt conſilia, part.6.lit.C.Surdus conſ.327.n.51. Crauetta cõſ.145.nu.12. Guitierez pract.qq.lib.3.& 4. quæſt.29.nu.21. latè,& ſatis acutè,ac dexterrimè explicat Hartman.Piſtor.quæſt.2.n.49. lib.1.Rolan. conſ 75.poſt nu.47.lib. 1.& conſ.96.vol.2. Ioſeph Ludouic. concluſ.51.verſ. quando tamen, in fine, Rot.in vna Romanæ Societatis coram Lancillotto, 2. Iunij 1570. quam refert, & ſequitur Farinac.ibidem nu.8.limit.2.

Poſ-

11 Posset insuper prædictis adiici ea ab omnib. recepta declaratio, quòd consuetudo iure naturali, vel diuino, cuius transgressio peccatum inducit, derogare non potest, nec positiuo; nisi sit rationabilis, & præscripta, c. fin. de cõsuetud. Siluester in summa,
12 in verbo vsura, §. 2. cum † etiam consuetudo nũquam excuset ad saluandum contractum ab iniustitia, inualiditate, ac restitutione eius, quod indebitè fuit exactum, Crauetta cõs. 6. col. 22. nu. 103. in fin. Alex. cons. 39. visis, & consideratis lib. 3. Natta d. cons. 586. nu. x.
13. Itidem consuetudo irrationabilis, & iniqua non est seruanda, tex. est in l. iniuriarum, §. fin. ff. de iniur. & ibi glos. Roderic. Suarez allegat. 16. nu. 4 in fin. c. cum decorem, de vit. & honest. cleric. Martin. Laudens. de feudis, lib. 2 tit. 1. num. 7. Crauetta cons. 116. nu. 5. tom. 1. Regens Valenzuela, cons. 4. nu. 67. ea enim nõ consuetudo, sed vsurpatio quædam appellatur, Auth. vt nulli iudicum, §. 1. collat. 9. Roderic. Suarez alleg. 17. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Reprobatur Osasch. in decis. 95. num. 25. & 26.*
2 *Immunitas oneris Doctoribus, & Medicis ex causa. quæ oneri præponderet, ab Vniuersitate concedi potest.*
3 *Immunitatem gabellarum concedens Vniuersitas, ius illas exigendi donare dicitur.*
4 *Immunitas ad tempus: non autem in perpetuum, ciui nouello concedi potest.*
5 *Reijcitur Ias. in cons. 101, nu. 5. vol. 4.*
6 *Vniuersitates ius habent exigendi collectas pro bonis, quę in territorio possidentur, & quilibet bona registrare. & collectas soluere tenetur, & nu. 7*
8 *Vniuersitas exemptionem oneris concedens, dicitur da re de communi, & creditor ex remissione lucrum capere, & nu 10, & 11.*
9 *Paria sunt quoad Iuris effectum, remittere; & dare, seu donare.*
12 *Vniuersitas non potest pro alio soluere, nec debitum liquidum remittere.*
13 *Immunitas tanquam contra publicam vtilitatem concedi non potest.*
14 *Nemo pro alio grauari debet.*
15 *Immunitas per Vniuersitatem concedi non potest, maximè si est communitas, & populus subiectus, & nu. 16.*
17 *Immunitas concessa, vt valeat, tria requirunt, videlicet, causa, consensus, & auctoritas.*
18 *Immunitas nõ tenet, si iusta causa deficiat.*
19 *Immunitas, existente iusta causa à generali Concilio vniuersitatis, nõ ab ordine decurionum concedi potest.*
20 *Vsura à Principe permitti non potest.*
21 *Principis confirmatio quoad illicita, nihil operatur.*
22 *Decreta, quæ per Collaterale Conciliũ nomine Regio Interponuntur super pecuniį ad interesse capiendis per vniuersitates, fiunt pro obligatione bonorum vniuersitatum.*
23 *Impedimenta plura, vbi obstant, sublato vno, remanet alterum.*
24 *Clausula generalis non sufficit ad tollendum plures Defectus; sed de singulis mentio fieri debet.*

Dis-

25 *Dispensatio quoad vnum defectum non porrigitur ad alium.*

26 *Donatio facta coram iudice ob aliam sollemnitatem, quàm ob insinuationem, non dicitur insinuata; cum non propter illam; sed propter aliud aditus sit Iudex.*

27 *Collaterale Concilium dispensare non potest contra Regias Pragmaticas, in consulto Principe, per quem fuerunt emanata.*

28 *Ab absurdo euitando valet argumentum.*

Caput Duodecimũ.



X eadem radice emanare existimo responsũ ad illam considerationẽ, quòd Vniuersitates, eodẽ momento, quo onera inducũtur, vnico contractu, immunitatem concedere possint, per ea, quæ tradit Osasch. decis. 95. nu. 25. & 26. nẽpè in nouo ciue, qui venit ad habitandum; non enim considerant DD. in eodem momento, vel diuersis temporibus concedatur immunitas, sed causam, quæ oneribus occurren-
2 tibus, præponderat, vt puta † Doctoribus, vel Medicis; nam tunc de iure communi valet concessio, l. 2. ff. de iure immunitatis, prout sic expresse tradit Osasch. d. nu. 26. Iulius Cæsar Gallupp. to. 2. methodi operis feudalis, par. 5. c. 5. tit. de iure imponendi collectas, nu. 31. Losæus de iure vniuersitatis. p. 3. c. 10. nu. 6. vbi dicit specialiter à iure cõmoni concessum esse, vt Doctoribus. & Medicis possit Vniuersitas concedere immunitatem; ergo respectu aliorum in contrarium est Ius commune, Rol. cõs. 5. n. 1. & seqq. vol. 1. Osasch. dec. 39. n. 5. Alex. cons. 30. n. 7. & 8. vol. 5
3 Atqui nemo dubitat, quin in nouo ciue causa sit lucrum, quod ad Vniuersitatem ex ipsius habitatione peruenit, quod non est in casu nostro, vbi Vniuersitates tractãt de damno; quia ius exigendi gabellas, quod habent, donare dicuntur, Ruin. cons. 217. col. 1. volum. 1. tradit Osasch. d. decis. 95. inquit Mastrill. decis. 173. n. 47. lib. 2. Bossius in tit. de Principe, n. 134. Octauius Glori-
4 tius, resp. 1. p. 2. n. 32. † Item populus Principi subiectus non potest immunitatem concedere nouo ciui; nisi cũ conditione, vt veniat ad habitandum, & Tali ad tempus concedi potest, non in perpetuum, Alex. cons. 101. sub n. 7. vol. 1. Felinus in c. accedentes, col. fin. vers. nona, & vltima, de præscript. Natta in cons. 304. sub n. 6. & Bart. in l. vacuatis, nu. 6. C. de decurionibus, lib. 10. declaratur per Barzium, d. dec. 117. n. 22. Capyc. in inuestitur, feudal. in verbo collectis, vers. priuilegiatus, limit. 2. pag. 124. Roman. in cons. 252. Cardin. Paril. in d. pragm. 1. de appretio n. 22.
5 Ex his redditur inanis, frustatoria, & penitus vana illa propositio, quòd Vniuersitates concedendo exemptiones, nihil creditoribus de bonis communitatum tribuunt; sed creditores ab illis oneribus eximuntur, & nihil

nihil ex hoc ad eos peruenit, vt dicit Iason cons. 101. n. 5. vol. 4. siquidem idem Osasch. nu. 27. dicit malè loqui
6 Iason. † eò quia, cum Vniuersitates habeant ius exigendi collectas pro bonis, quæ in territorio possidentur,
7 & † quilibet possessor bona registrare, & collectas soluere teneatur, l. forma, §. si verò, ff. de censibus, l. nullus, C. de decurionibus, lib. 10. Gaspar. Anton. Thes. lib. 1. quæst.
8 forens. quæst. 8. n. 1. † remittẽdo huiusmodi ius, siue actionem exigendi, quod fit, exemptionem concedẽdo, dicitur dare de communi, & creditores ex remissione lucrum capere; & hanc esse magis communem opinionem Canonistarum, & Theologorũ, testatur idem Osasch. sub n. 30. in d. decis. 95. Marius Antonin. var. resol.
9 lib. 2. resol. 56. n. 14. † Paria n. sunt quoad effectum iuris, remittere, & dare, seu donare, l. si mulier de condit. caus. dat. l. si fundum, §. Titio, ff. de legat. 1. & l. 2. ff. de calumn. l. si extraneus, ff. de cond. caus. data, l. contra iuris, §. si filius, vbi Bart. num. 2. in fin. Castr. num. 3. Iason. n. 8. ff. de pact. l. 1. vbi Iason. n. 16. ff de transact. Io. Andr. in c. 2. per dictum tex. de donat. Innoc. in c. 1. de depos. & in c. cum olim, il primo, vbi latè Imola, col. 9. de off deleg. de Franch. decis. 22. sub n. 4. l. Modestinus, ff. de donationib. vbi quod primo loco remittere appellauit, postea donare nominat, infinitos cumulat Caroc. in tract. de excussione, par. 2. quæst. 1. n. 58. Io. Bapt. Costa in cons. 52. nu. 6. cum seqq. Ant. Hering. de fideiussor. c. 20. §. 29. n. 2.

10 Quis autẽ negabit, quòd creditori non soluẽdo collectas, lucrum capere dicatur? ita tenet Cardinalis Zabarella in c. consuluit. vers. sic ego, de vsuris, quẽ refert, & sequitur Iacob. Vng. in addition. ad summam Angeli, in verbo, tenet quod non, in fine, quorum opinio probatur in l. sed & si ea lege, §. quòd autem, ff. de petit. hęredit. & in l. si quis ab obligatione, & ibi Dec. & Cagnol. de regul. Iur. Osasch. ibid. sub. nu. 32. 33.
11 Astipulatur, quòd hæc remissio est pactum de non petendo collectas, quod habet inclusam causam donationis, quam ordo decurionum facere non potest; nec remittere debitũ Curiæ, q. hoc sacris Cõstitutionib. reprobatur. l. ambitiosa ff. de decret. ab ord. fac. & l. 2. cum glos. de dec. decurion. lib. x. Bart. in l. 1. §. quòd si nemo, nu. 3. ff. quod cuiusq. vniuersi nom. Franc. Marc. decis. 484. nu. 5. vol. 1. Odoffred. in l. 1. per illum tex. C. de decret. Decuriõ. super immunit. conced. lib. x. Nicol. Losæus in d. tract. de Iure Vniuers. in his terminis, part. 3. cap. x. nu. 3. & 4. Barz. decis. Bononiæ, 117. nu. 10. Fab. de Anna cons. 45. nu. 35. & seqq. & dicitur donatio ipso iure nulla, Castrens. in l. 58. nu. 8. ff. de procurat. Losæus dicto tractatu, de iure Vniuersitatis, part. 3. cap. 11. nu. 3.
12 Aliud quoq; addi collibeat, quòd Vniuersitates non possũt soluere pro alijs, nec debitum liquidũ remittere d. l. ambitiosa, ff. decret. ab ordin. faciend. l. pactum curatoris, C. de pact. vbi latẽ Dec. in princ. l. Præses, & l. pactum, C. de transact. l. Imperatoris,

ff de pact. Losæus de iure Vniuersit. p.3.c.10.n.3. sed promittendo immunitates, pro creditoribus soluerēt, quod fieri non potest, tum quia
13 † immunitas est contra publicam vtilitatem, glos. in l. si ita sit scriptum filiabus, in princ. in verbo, masculo. ff. de leg. 2. & post alios Surd. cons. 140. n. 1. lib. 1. Iacob. Gall. cons. 98. n. 5. Cephal. cons. 553. n. 15 Bardellon. cons. 31. n. 11. & ideo non potest concedi, d. l. Lambtiosa. ff. de decret. ab ord. fac. l. 1. & l. præscriptio, C. de oper. public. Losæus de iur. vniuersit. p.3.c.10.n.3. Couar. in c. Rainald. in princ. sub n. 13. de testam. Pinell. in l. 3. n. 32. C. de bon. matern. Surd. cōs. 140. n. 1. D. Reg. Tap. in l. fin. in 2. p. c. 3. n. 61. de cōstit. Princip. Lanarius post Bald. Alber. & Luc. de Pen. in cons. 65. & 76. Bardellon. cons. 94. Octauius Gloritius, qui cæteros recenset in primo responso, p. 2. n. 63. & nulla dicitur concessio, Iason in l. si ex toto, n. 13. ff. de leg. 1. Felin. in c. causam, quæ, n. 17. de rescript. per tex. in l. iubemus nullam, C. de Sacr. sanct. Eccles. & in l. ad instructionē, C. eod. & per tot. tit. C. si contra ius, vel vtil. public. Plot. de in lit. iur. §. 1. n. 20. Io. Andr. in c. peruenit. & ibi, Abbas, sub n. 16. de immunit. eccles. Stephan. Aufrerius in addit. ad Tholos. q. 348. ver. quinta conclusio, Octauius Glositius, in primo respon-
14 so, p. 2. sub num. 64. † tum etiam quia ex huiusmodi solutione alij grauarentur contra dispositionem legis primæ, C. de apoc. public. lib. 10. & l. 1. C. de censibus, & censit. lib. 11. & l. primæ, C. de quibus muner. non licet se exim. l. vnica, C. vt null. ex vican. lib. 12. Reg. Valenz. cons. 94. nu. 98. Nicol. Losæus de vniuersit. c. 9. sub n. 24. Osasch. d. dec. 95. n. 24.

15 Prædictis accedit fundamentum, receptissimam esse in iure cōclusionem, immo pro regula tradi, q. Vniuersitates immunitatem concedere non possunt, l. vacuatis, C. de decurionib. lib. 10. l. vnica, C. de his, qui à Princip. vacat. accip. l. 1. C. de immunit. nemin. conced. lib. 10. l. immunitates C. de agric. & cēsit. lib. 11. l. 1. & 2. C. de decr. decur. lib. 10. Alex. cons. 101. col. 3. n. 7. vol. 1. & cōs. 54. col. vlt. vol. 4. & cons. 34. col. 3. vol. 5. Bart. & cæteri in l. exceptis, C. de decur. lib. 10. idem Bart. in d. l. vacuatis, & ibi, Luc. de Pen. n. 3. & in d. l. immunitates, Ruin. cōs. 196. in prin. vol. 1. & cons. 105. num. 1. volum. 5. Alciat. cons. 203. viso priuilegio n. 1. Bellon. cons. 38. num. 2. & pro regula firmant Natta cons. 304. nu. 1. Brunor. à Sole in compend. resol. iur. in verbo, collecta imponi, fol. 39. & in verbo munera, fol. 139. & in verb. communitas immunitatem, fol. 41. Ægid. Thomat. de collectis, fol. mihi, 356. n. 3 Federic. de Sen. cōs. vlt. Dec. cons. 538. nu. 10. Mangrella ad Bart. in l. placet, C. de sac. sanct. eccl. Rosental de feud. c. 5. tit. de regalib. concl. 84. n. 1. & glo. lit. A. Osasch. d. dec. 95. n. 19. Losæus de iure Vniu. p. 3. c. 10. n. 1. & seqq. Capyc. in inuestit. feudal. tit. de collect. vers. priuilegiatus, pag. 124. Barz. d. dec. 117. n. 1. & 2. Maxilla ad Consuetud. Barēses, tit. de immunit. nostræ Ciuitat. §. ex antiqua, nu. 49. Iacobus Nouell.

post

post regulas Duenn.reg.173.n.14.& hanc magis communem dicit Capiblanc.in pragm.8.de baronib. & eorum officio,nu.243. vers.contraria opinio,

16 Quæ quidem regula procedit maximè in Cōmunitate, & Populo subiecto, d.l.vacuatis, & in l. 1. C.de immunit.non conceden.lib.10.l.immunitates, C. de agricul.& cēsit.lib.11. Alex. cons.101. n.9. cum seq.vol.1. & cons.30.n.7.vol.5.Natta in d.cōs. 304.sub n.1. Felin. in c.accedentes, col.fin.vers.nona,& vltima cōclusio, extra de præscript. Marcabrunus ab Anguill.cons.40.n.182.& 189. Ancharan. cons. 389. visis diligenter, Dec.cons.638.n.10. Paris. cons.68. n.3.vol.1.Iason cons.101.n.1.vol.4. Festas.de collectis,p.4.c.4.nu.51. & 52.Rolan.cōs.5.n.4.vol.1, Menoch. cons.887.nu.18.vers.septimò, Barz. dec.117.n.1.Oct.Gloritius in primo responso,p.2.nu.11.& dicam infra cap.16.n.14.

17 Hac autem ita posita, & delucidè (ni fallor) probata cōclusione,minus obesse sentio, si decretum assensus per Concilium Collaterale interpositum fuisse allegetur; præsto.n. est illud axioma, quòd, vt immunitatis per Vniuersitatem concessio valida iudicetur,tria requiruntur,nēpe causa,consensus, & authoritas, Mutius Surgēs de Neap.Ill.fol.486.Osasch. d.dec.95. Peregrin.de iure fisci, tit.

18 de conduct.n.22.†At quando deficit iusta causa, immunitas non tenet, Luc.de Pen.in l.vnica,C.de his,qui à Princip.vacar.accep. lib.x. quē sequitur Grat. respons.61. & Osasch. d.dec.95.n.21. qui num. prædicto,

19 & seqq.tradit, † quòd quando iusta esset causa,tunc à generali Concilio Vniuersitatis, seu per congregationē totius Populi,per capita domorum, & non ab ordine decurionum, concedi potest, post Bart.& alios per eū adductos, l. 1. & 2. C.de decret.ab eur. super immunit. tib. 10. l. ambitiosa, C. de decret. ab ord. faciend.Nicolaus Losæus de iure Vniuersit.p.3.c.10.n.2.Ita intelligendus est Iul. Cæs.Gallupp. to.2. methodi iuris feud. p.5.tit.de iure imponendi collectas nu.29.

20 At in casu prædicto deficit iusta causa,immò induceretur vsura,quam Princeps permittere nō pōt,Rebuff. in d.constit.Regni Gall.tom.2.tit.de constit.redit.glos.1.nu.4. Petr.Ruyzius,dec.Lituanica 5.n.233.& seqq. Item quia non à toto Concilio; sed ab ordine decurionū concessa ap-

21 paret, vnde sequitur,† quòd confirmatio facta per Principē, nihil operatur; quia non trahitur ad illicita, Bal.in cōs.135.col.fi.vol.3.facit tex. in c.1.de iure iurand.in 6.Maranta cons.107.n.15.

22 Præterea decreta, quæ interponuntur per Reg.Coll.Cons. fiūt pro obligatione bonorum Vniuersitatū, vt tradit de Pont.in tract.de potest. Proreg. in tit. de diuers. prouision. rubr. de alienat. fieri solita bonor.

23 Vniuersitatis; ideo † cum vnum impedimentum respiciant, nō rectè infertur, vt aliud ex nouella Pragmatica inductum de non soluendo creditoribus plus septem pro centenario,sublatum dicatur,ex ijs, quæ tradunt

Caput XIII.



1 Ngrediamur nunc alteram inspectionem per Zappullũ adductã, quæ eò tendit, quod cum Vniuersitas censum vendat super bonis ipsius, videlicet super gabellis, forestis, & defensis, in quibus nulla imponitur collecta; ideo concedendo immunitatem, nihil dat; hic autẽ nodus aliter, atque aliter soluitur; siquidem omnes illæ gabellę, in quibus exteri contribuũt, vel illas soluunt (vt quãdo pro fiscalibus impositæ sunt) in appretio ponuntur, est sollemnis decisio Regentis Reuerterij, qui ita decisum testatur in decis. 27. lib. 1. in causa Vniuersitatis Hadriæ; quando n. † non contribuunt; tũc super bonis soluunt exteri bonatenentiam, vt idem declarat, ad quod facit Regia pragmatica 1. de appretio, quæ ordinat poni
3 † in appretio omnia immobilia, & mobilia Ciuitatum, Terrarũ, & Castrorum, & cuiusque alterius, ibi, bona prædicta tenentis; licet alibi incolatum habeat, & dicam infra cap. 14. nu. 4.
4 Cum igitur bona Vniuersitatum in appretio debeãt apponi, & in faciendo bonorum computatione, æs alienum deduci debeat, & quod remanet, venit appellatione bonorum, l. fundi Trebationi, ff. de vsufruct. leg. notat Bald. in l. neq. in fin. C. de cõpensat. sequitur Baez de non melior. dot. rat. fil. cas. 28. vbi eos scribit apponẽdos redditus, qui deductis oneribus, supersunt; cum onera, & debita prius deducẽda sint. Aretin. cons. 17. alios adducit Castill. decis. 14. n. 33. lib. 1. & lib. 2. decis. 127. nu. 5. & seqq. Gratian. cap. 343. nu. 7. Ioannes Antonius Niger, post Andr. in c. Regni porrecta, nu. 18. Mascard. conclus. 1398. nu. 13. & seq. meritò Viuius decis. 369. n. 14. inquit, quòd
5 † pacta, quibus vẽditor collectas soluere obligatur, dum ad emptorem spectat solutio, seruari non debent; sed sunt nulla, quia ita solueret plusquam ducatos decẽ pro singulis cẽ-
6 tenis, & subdit, quòd si † fundus pretij ducentorum est cẽsui ducatorum decem suppositus, debet emptor soluere pro eo, quod habet super fũdo, & venditor pro residuo fundi, qui ipsi remanet sine censu, & ita extrauagantẽ Pij quinti interpretatur Nauarr. cons. 14. n. 1. & seqq. de censib. lib. 3. cum census etiam in appretio ponantur, vt tradit ibidem Io. Ant. Niger nu. 19.

Suffragatur quòd hæc onera realia soluũtur à singulis Ciuib. pro modo fa-
7 cultatum, & patrimonij, † adeò, vt onus reale plures possessores afficiẽs, inter eos pro rata bonorum sit diuidendum, Speculator, tit. de cess. act. §. 1. vers. sed pone habeo, ex tex. in l. cum possessor, ff. de censib. Capyc. decis. 51. n. 8. Camill. de Medic. cõs.
8 109. nu. 22. †, ideo dum gabellæ imponuntur per ipsam vniuersitatem pro solutione fiscalium functionum,

ciues singuli soluunt, & non Vniuersitas de proprio; cum vnusquisque teneatur soluere collectas, quæ imponuntur ratione onerum patrimonialium, & extraordinariorum, l. rescripto, & ibi glos. in verbo, incolis, ff. de muner. & honor. l. 2. & fin. C. de muner. patrimon. lib. x. l. fin. C. de immun. nem. conced. lib. x. Osasch. d. decis. 95. nu. 32.

Insuper nos tractamus, an si constituatur census super bonis Vniuersitatis, ipsi Vniuersitati debeatur collecta, & in hoc receptissima est inter scribentes vtriusque Classis sententia,
9 quod † mutatione personæ, status rei conditio, & noui possessoris qualitas consideratur l. 1. C. de impo. lucr. descript. lib. 11. Rolan. consi. 61. n. 7. lib. 4. l. Paulus, alias pro procuratore, ff. de acquiren. hæredi. cum quidam, §. si debitores, ff. de public. & vectigal. l. fiscus, ff. de Iure Fisci. c. vnic. §. verum, de Iure patron. in 6. Ancharan. consi. 189. nu. 5. Iason. consi. 20. lib. 1. copiosè Tiraquell. de retract. consanguin. §. 1. glos. 13. nu. 12. Menoch. de arbitr. centur. 6. cas. 562. n. 44. Ioannes Koppen. decis. German. 50. nu. 17. Surd. consi. 525. n. 4. Guid. Pap. singul. 275. & 287. Ioánes Baptista Costa, consi. 58. n. 14. innumeros congerit Guttierez in tract. de gab. quæst. 44. n. 4. Carolus de Grassis in tract. de effect. cler. effect. 3. nu. 28. Dom. Regens Rouit. dec. 71. nu. 8.
10 & ✠ ideò si bona, quæ penes fiscũ erant libera, in priuatum alienata fuerint, statim solutioni tributi, siue collectarum fiunt obnoxia. tex. est in licitatio, § fin. ff. de publican. vt latè probat Peregrin. de Iure Fisci, lib. 8. tit. 4. nu. 45. & 46. quem refert, & sequitur Marta de iurisdict. part. 4. cent. 1. cas. 11. n. 43. & cap. 112. vbi ex Bertachino dicit commune, Surdus consi. 525. nu. 4. lib. 4. Octauius Gloritius respons. 5. nu. 36. Episcop. Io. Maria Bellett. disquisit. clerical. part. 1. tit. de exempt. clericor. §. 5. n. 4. & 5. & exinde sequitur, quòd cum emptor eius acquisierit dominium census, super re, res illa, prius libera, mutatione personæ, efficitur solutioni subiecta.

S V M M A R I V M

1 *IMpugnatur ratio Zappulli, quòd Vniuersitas vendit censũ super bonis proprijs, super quibus collectæ non debentur, & ideò emptor non tenetur, & contrarium demonstratur, & nu. 15.*

2 *Fiscus locans suis conductoribus, non tenetur ipsis gabellam soluere.*

3 *Vniuersitas, aliique domini priuati locantes gabellas; nisi ex pacto se à solutione exemerint, ipsis conductoribus gabellam soluere coguntur.*

4 *Bona mobilia, & immobilia Ciuitatum, Terrarum, & Castrorum, & cuiuslibet alterius, etiam exteri, ibi bona tenentis, ponuntur in appretio.*

5 *Ementes à Fisco nullam habent publici vectigalis soluendi immunitatem.*

6 *Ementes fructus ab Ecclesia, collectas, & gabellas soluere tenentur.*

7 *Conductores rei Ecclesiæ soluunt collectas, & gabellas.*

8 *Coloni Ecclesiæ pro portione colonica collectas soluere debent, & ibidem post alios refellitur opinio Ioãnis Maria*

ria Belletti disquisit. clerical. part. 1. tit. de exempt. clericor. §. 7. nu. 1.

9 *Bona Ecclesiæ si transeant in laicum non exemptum, is onera soluere tenetur.*

10 *Mutatione personę priuilegiatæ, desinant priuilegia competere.*


11 *Retorquetur Argumentum Zappulli; nā Emptor cēsus si sit ciuis, collectas, pro Censu Vniuersitati soluere tenetur, ita & exterui.*

12 *Repugnantia eiusdem Zappulli ostenditur.*

13 *Immunitas venditoris ementem ā gabella non excusat.*

14 *Priuilegium personale non transit in emptorem, & nu. 16.*

Caput XIV.

1 Ltera principalis adducitur in aduersū ratio, quòd cum Vniuersitas censum super bonis proprijs vendat, super quibus nō debentur Collectæ; quia non potest à se ipsa exigere, ne actio, & passio in eodē subiecto permanere dicantur, contra textum in l. penultima, ff. de arbitr. l. si ci, ff. de euict. l. 2. ff. de stip seru. c, fin. vbi glos. de instit. Dec. conf. 641. nu. 8. ergo exterus emptor ad illas non tenetur, dum nō debentur, desumendo argumētum à Guttierez in tract. de gabellis, quæst. 85. nu. 5. & 17. facillimè. n. hoc argumentum diluitur; Etenim Guttierez tractat articulum 2 in Fisco †, quòd si gabellas suis conductoribus locet, gabellam soluere non tenetur; ex quo Ius, quod habebat, locauit: sed ius exigendi à se ipso nō habebat ex regula prædicta, ideò non tenetur, Boer. decis. 213. Camil. de Medic. conf. 96. nu. 6. & seq. Rosenthal. de feud. cap. 5. conclus. 47. n. 4. & 5. & glos. in litera F. vbi concordantes adducit, Dom. Regens Rouit. decis. 71. nu. 9.

3 At in Vniuersitate hoc non procedit pro vt quoque in alijs dominis priuatis; quia si locēt gabellas; nisi à solutione ex pacto se exemerint, suis conductoribus soluere coguntur, vt latè tradit Guttierez, ibidem, nu. 10. in fin, & 14. & 15. vers. ergo cum ipsi domini, & vers. tandem. hanc distinctionem tradit Bertachin. in tract. de gabellis, in 7. part. nu 25. in 8. quæsito, Peregrin. de Iure Fisci, lib. 6. tit. 4. nu. 46.

4 Prætérquam quod assumptum, quòd bona vniuersitatis non ponantur in æstimo pro soluendis collectis, est falsum, vt latè fundat Regens Reuertér. d. dec. 27. maximè quia gabellæ, siue collectæ exiguntur, vt fisco soluantur; Fiscus autem non locat gabellas, vt alijs soluat; sed bona penes se semper sunt libera, & ideò benè in eo procedit regula. ne actio, & passio in eodem subiecto esse possint.

5 At qui emunt à Fisco, non habent aliquam soluendi publici vectigalis immunitatem, ita tenent Iacobin. in tract. de homag. col. 4. Boss. in tit. de fisco, nu. 43. Peregrin. de iure fisci, lib. 6. tit. 4. sub. nu. 46. Bertachin. de Gabell. 7.

belll.7.part.princ. quæst.8.nu.22.& seq. Paltador.lib.6. ter. quotidianar. cap.3.§.1.nu.32.cum seqq.vt refert idem Guttierez.d.vers.tandem,Menoch.dicto casu 562.nu.43. Alexan. Trentacinq.var.resol.lib.1.tit.de iure fisci,resol.5. nu.7. post Tiraquell. qui dicit communem,Io.Ant. Niger in extrauag.de vit. & honest. cleric. nu.213. & 214. Episcop. Io.Maria. Bellett.disquisit.clerical. part. 1.tit. de exempt. clericor.§.8.nu.4. Dom. Regens Rouit.dec.6. nu.3. Donat. Ant.de Marin.quotid,resol.cap.169 nu.5.

6 Quemadmodum ij,qui emũt fructus ab Ecclesia,collectas,& gabellas soluere debent,glos.in Clement.fin.in verbo,non negotiãdi, de censib.Roman.in l.locatio,§.fin ff.de publican. Archid.in c.vltim. de censib. lib.6. Bertachin. part.7.q.7. Thesaur.dec. 116.n.6.licet Ecclesia non teneatur, Marta de iurisdict.part.4.cas.1.nu.2. cum seqq.& n.48,& seq.& cas.112. nu.2,& 7.Menoch.cons.112.nu.21. & de arbitrar.iudic. cas.180. nu.8.& cas.562.nu.23.Rolan.cons.61. lib.4. Surd.cons.301.nu.89.& 90.Ripa de peste, de remed.ad conseruandam vbertatem,nu.128. Ant. Gabriel de regul.iur.conclus.a.nu.65.Remig.de gonn.de charit.subsid.quæst.61.nu. 23.in 15.tom. tract. diuers. part. 2, Zabarell.cons.22.nu.2.Vrsill.ad Aflict.in decis.129.n.3.Boer.decis.313 n.19. Aloys.de leo in l.ad instructiones,nu.11.C.de Sacr.Sanct.Eccl.& in l.placet,nu.21.C.eod. tit. Guttierez.de gabell.quæst.44.& quæst.87. nu.11, qui communiorem opinionẽ esse inquit,& plurimos ad hoc recẽsset,Io.Ant.Niger in d.extrauag.de vit.& honest.cleric.num.213. Alex. Trentacinq.var.resol. lib.1. tit.de iure fisci, res.5.nu.7. post Tiraquell. de retract. lign.§.1. glos.13. nu. 12. Regens Reuerter. dec.51. lib.1. vbi ita determinatum per Regiam Cameram testatur, prout etiam nouissimè refert Dom.Regens Rouit.d.71. nu.1.& 4. Dom.Reg. Tapia in l. fin. de Constit.princip.cap.3.n.73. Bardellonus cons.31.nu.6.8.& 9.& nu. 20.Donat Ant.de Marin.quot.resol. cap.99.nu.7. Carolus de Graffis de effect.clericat.effect.3.nu.62, & 89. Bursat.cons.42.nu.14.lib.1. Ripa resp.22.in 3.dubio,lib.2.Iason.cons. 20.nu.7.lib.1.Pract. Pap.in form. libell.pro solut. pedag.vers.cecideruñt, nu.8.& ibi addentes,scitissimè Octauius Gloritius,resp.5.n.33 cum pluribus seqq.& nu.43.& contrarijs respondet,num.seqq. verum licet in solutione gabellæ adducat distinctionem,quòd quando onus gabellæ est extraordinariũ,tunc immunitas venditoris prodest emptori ; si vero erit ordinarium,tunc nõ prodest,ita ipse ibi,n.50.ex tex.in l.licitatio, §.fin.ff. de vectigal.vbi Bart.ita distinguit,& in id concordes adducit, Dec. cons. 48 in princip.& cons.51.col.fin.Menoch.cons.136.nu.21. Tamen num. 52.contra dictam distinctionem allegat Bald.in cons.31. incip. statutum Ciuitatis Astensis, vol. 1, reprehendentẽ Bart.in eo distinctionis capite quoad munera extraordinaria,& expresse tenet,quod emptor rei Ecclesiæ tenetur etiam pro extra ordina-

ordinarijs;quamuis Ecclesia pro illis non teneretur, ea ratione; quia,mutata persona, mutatur priuilegium,l. 1.C.de imponen.lucra descript. lib. 11.quam regulã exornat Rolan. cõs. 61.nu.5.vol.4. & insinuat Menoch. cons.136.nu.2.& 3.quam reprehensionem refert, & sequitur Ioan.de Amic.in cons.18.in vers.& quòd immunitas, & in hoc DD. omnes conuenire inquit Octauius Gloritius,sub nu.54.etiam quod aliqui contrarium consuluisse videantur , & potissimè Dec.in cons.48.in princ.

In vno verò casu essent immunes,quando per indirectum grauaretur Ecclesia,vt potè,quia viliori pretio venderet Ecclesia propter gabellã annexã, vt latè tradit Octauius Gloritius,ibi, nu.56. cum pluribus seqq. vbi satis explicat prædictam conclusionẽ , & post alio s idem comprobat Episcop. Io. Maria Bellett. disquisit. clerical. part. 1.tit.de exempt. clericorum,§. 8.nu.4.

7 Idemque procedit in cõductoribus rei Ecclesiæ,Bursat.cons.42. nu.18. & seq. vol. 1. vbi hanc. magis communem profitetur, prout ita etiã testatur Caualcan.decis.44.nu.98.lib. 1.alios citat , & sequitur Carolus de Grassis de effect clericat. d. effect.3. nu.146.& seqq.nouissimè, ac plena manu inquit Episcop. Io. Maria Bellet.in præcitatis locis, nu. 1. D. Regens Rouit.d. decis. 71. num.36.& seqq.

8 Hinc iusta ratione infertur,quòd Coloni quoque Ecclesiæ proportione Colonica similiter tenentur soluere collectas, Glos.in clem.præsenti, de censibus,quam ibi sequuntur Imola, & alij, Archid.Io.And.Gemin.Frãch. & alij in c. quanquam de censibus in 6.Io.Andr. ad Speculatorẽ,tit.de immunit.eccles.in fin.Federic.de senis,cons.111.nu.10. vers. item quæritur,col.penult. Aegid. Thomat.in tract.de collect.pag.87. nu.1.Festas. de collect. part. 4. cap. 2. nu.70. & seqq. D. Riccius in collectan. 165. vers.4. declara,Ferrett.de gabell.nu. 537.Fost.dec.96.nu.8.Brunor.à Sole in præpos.var.iur. in verbo Coloni Ecclesiarum,fol.40. latissimè post innumeros tradit Thesaur. d. decis. 116.& communissimam dicit esse opinionem, ibi ĩ filius in additione, Osasch.dec.83.Anna sing.99. Surd. cons.301.nu.80.& cons. 338.nu.14 lib.3. latissimè Menoch. de arbitrar. iudic.lib.2.cent.6.cas.562. nu.34.& seqq.qui duo agmina DD.inter se pugnantium constituit , & in hanc partem, vti fortiorem, & à pluribus DD.munitam se immiscet, eamquè validioribus rationum armis conualidat,latè Morot.resp.76.Io. Ant.de Nigr. in extrauag. de vit. & honest. cleric.nu.306.communem dicit Caroc.de locat.& conduct.tit. de collect.à n.20.infra;Franch.decis. 107. Castill. decis. 227. lib. 3. Octauius Gloritius,resp.5.n.39.& 61. vbi magis receptam affirmat esse sententiã, Floridus Mauson. de causis executiuis,ampliat.29.nu.35.& 51. Pacian. de probat.lib.1.cap.63.n.55.Boss.in tit.de Princip.nu.121.& 174. Carolus Bardellon.cons.31.nu.4.& seqq. Regens Reuertera,d.decis,51.lib.1. vbi ita per Regiam Cameram deci-

sum affirmat, Bellacôba in tract.commun.opin.diuersor.loc.12.tit.de vectigal.& commiss.cap.2.vers.& contra istam limitationem, fol.148.tom.2.Carol.de Graff. de effect. clericatus, effect.3.nu.56.vers. aut verò ipsi tales collectantur pro parte colonica; Vrsill.ad Afflict.in decis.129.nu.3.Grammatic.in cap. Regni, non exigit, in fine Dom.Reg.Sanfelic.tom.1.dec.1.nu.7. quicquid nouissimè in contrarium generaliter, ac indistinctè senserit Episcop. Io. Maria Bellett.in d.tit.de exempt.clericor.§.7.num.1.nã,& ipsemet hoc verissimum subdit, nu.4.& sequitur Dom Regẽs Rouit.relata dec.71.n.2.& 5.Coloni.n.qui percipiunt fructus ab Ecclesia, pro eorũ parte tenẽtur soluere; quia fructus dicuntur separati à parte domini & dicuntur propriè ipsorũ Colonorum, Ideoq; Domino temporali subiecti, Gemin.in c.quãquã, de cẽsib.in 6o.Tabien.in ver. excõmunicatio, §.5.cas.19.nu.5. Siluestr. in ves. immunitas, §.1. nu. 16. & facit vulgata regula, separator. separata debet esse ratio, l.Papinianus, ff. de minor.l. fin. ff.de calumnia. Bald.in l.cũ necessitatem, C. de fideicommiss.Decianus in tract.crim.lib.1.cap.7.nu.40.tom.1.Castr.cons.389.n.20. vol.1.Paris. cons.101.nu. 38, vol.1. Nec dicuntur dicti Coloni exempti; quia licet colant possessiones Ecclesiæ, non excusantur in aduẽtu Principis, quin personaliter inseruiãt.Innoc.in c.non minus n.3.& ibi, Abb.nu.14.de Immunit.Eccles.& etiam tributa soluere tenentur, l.bi penes, & ibi Bart.n.1.Rebuff.nu.1.& 2. C.de agricol.& censit.lib.11. & videatur Pasett.in cons.25.nu.3.lib.1.& cons.42. num.14.eod.lib.1.& est tex. in l.si venditor, §.fin.ff.de seru. exportat, l.fin.& ibi Bart. C. sine censu, vel reliquis. Ripa cons.23. ex quibus omnibus habetur, quòd ratione fructuũ Coloni tenentur ad collectas, & alia onera.

Quòd autem fructus à solo separati, nõ dicantur res Ecclesiæ, & personæ, ac res conductorum, & colonorum sint laicæ iurisdictioni subditæ, ideoque teneantur ad collectas, tradit Socc. cõs 119.n.2.lib.1.Bursat cons.42.n.14.vol.1.Surd.d.cons.301.nu.29,& seq.& d.cons.338.nu.14.vol.3.Guttierez. de gabellis cap. 44.nu. 3.& seq.Muta decis.31.nu. 46. Menoch. cons. 1144. nu.25. Peregr. de fidei commiss.art.50.nu.18.Brunor.à Sole, in compend.propositiõ. iur.in verbo, Coloni ecclesiarum, Polidorus Ripa, obseruat. 278. nu.2. Ioannes Baptista Costa de port. ratæ quæst.158.nu.10.cùm seq. Ludouic. Sacca resp.14.nu.13. Tusch. concl. 556.litera E.nu. 19, & 20. Cæuall. quæst.726.circa finem, alios congerit Castill.d.decis. 227.nu.1.Bellett. ibid.d.nu.4

Preterea priuilegium personis ecclesiasticis concessum, est merè personale, c. non minus, extra de immunit. Eccles.& ibidem Cardinal.Abb.in c. cum secundum, de censib. Rol.d. cons.61.nu.13. Menoch. cons. 276. vol.3,& præsumpt. 113.lib.3.

At priuilegium personale non egreditur personam.l.maritum, & l.quia, ff. solut.matrim.l.cum patronus, in fin. ff.de

ff. de leg.2.l.in omnibus,& l.priuilegia,ff.de reg.iuris, ideo coloni tenẽtur ad collectas, Octauius Gloritius respons.5.nu.34. Cancer. var. resol. part.1. cap. 13. de empt.& vendit. nu.74.

Insuper fiscus,& Ecclesia à pari procedunt,& æquiparantur,l.fin.& ibi Doctores,C.de sacr. Sanct.Eccles.Menoch.de arbitr.cas.562.n.25, & 26. Tiraquell. de retract. lignag.§. 15. glos.1.nu. 11. Afflict.decis.153.n.2, sed emptores à Fisco,qui à solutione vectigal.sunt immunes,non gaudent priuilegio immunitatis, eodem modo habẽtes causam ab Ecclesia, Rol. cons.61.nu.16.vol.4,Dec. cons.48. in princip.Menoch. cons. 136.nu.1. nam in æquiparatis idem est iudiciũ, Bart. & alij in l. 1. de legat.1. not.in l.si quis seruo,C. de furtis, & in cap. si post quã,§.fin.in glos.in vers. prouisione,de cẽsibus, in 6.Mastrill.dec. 146.nu.20.Octauius Gloritius, resp. 5.nu.36,& seqq. qui nu.39. pro hac affirmatiua,veriorem,& receptiorem affirmat, ex Thesauro, & alijs, quos citat.

9 Ideo quãdo bona Ecclesiæ transeũt in laicum non exemptum, is onera soluere tenetur,Siluan cons. 9. nu.5. pro vt quoque emphiteuta ex magis communi opinione testatur decisum Gaspar.Ant.Thesaur.ad.d.dec.116. Io.Ant.Niger.loco citato, nu.215,& 216.Andr. de Isern. in tit. quæ sint Regal. in verb.Angariç,Petr.Piccol. in pragmat.1.de appretio,nu.49.pro vt si à fisco deueniant in priuatum, Marta de iurisdict.part.4.cent.1.cas. 11.nu.43.post Peregr.de Iure Fisci, lib.6.tit.4.nu.45.& 46.Valasc.de iure emphiteut.quæst. 17. nu.15. vers. quibus accedit;quia prohibitio temporalis,donec res est penes dominũ, non videtur in porpetuum operari,l. Imperator, ff. de ppstul.l. statu liberũ,§.1,ff.de legat.2.Bardellon.cons. 31.sub nu.9.post. Bursat. cons.452. nu.17.

Similiter si bona qeæ erant penes Clericum,priuilegio clericali munita, ad laicum deuenerint.Ecclesiastica esse desinunt, & fiunt oneri collectarum subiecta,Guid.Pap.dec.261. Papon. lib.5,arrest.23. tit. 11. Episcop. Io. Maria Belletr.disquisit. cleric. tit.de

10 exempt.cler.§.5. nu.4. & 5.quia † mutationæ personæ prinilegiatæ,desinunt priuilegia competere, Anch. cons.110.1.facie in princip.Alberic. in l.locatio,§.fin.in fin.ff.de public.& ibi DD.Pacian.de probat.lib.1.c.63. nu.59.& 60.Bardellon.cons. 31.nu. 6,& 7.Andr.in cap.1. de immunitat. Eccles.in 6.Eugen. cons.92. nu.4.& 5.latè in puncto Rol. d.cons. 61.n.5. vsq; ad x.& in tract.de inuent.quęst. 17.nu.8.Surd. cons. 301. nu. 90. & cons.525.nu. 5.Natta cons. 218.nu. 7.& 8.Alex.cons. 35. nu. 18. vol.4. Tiraquell.in d.tract. de nobilit. cap. 20.nu.160.Paris.cons. 40.nu. 21.& seqq.lib.3 Bald.cons.31.vol.3.Bart. in l. Paulus, in fin. ff. de acquir. hæred.Io.de Amic.cons. 18.n.9.Remig. de gonn.in tract.de charitatiuo subsidio,quęst.62.n.34.in 15.tom.tract. diuersor. part.2.Bertach.de gabellis, part.7.n.23.Duenn.reg.100 fallent. 15.Ferrett.de gabell.nu.450. Alberic.cons.513.n.3.lib.3.Franch.dec.

131.nu.

131.nu.25. quem refert, & sequitur Fontanell.de pact.nupt. tom 2.clauf. 5.glof.4.nu.42. Episcop. Io Maria Bellett. in locis supra relatis, §.8. nu.4.

11 Itidem memorata ratio ex eiusdem dictis contra ipsum retorquetur,nã in casu, quo emptor census esset Ciuis,eũdem collectas pro censu Vniuersitati soluere teneri ipse met Zappullus affirmat,pro vt inquit quoque Bart.in l.ab omnibus,§.si à Titio,alias si Tirio,ff. de leg. 1. Losæus in d. tract.de iure Vniuersitat. cap.9. nu. 21.Io.Griuell.decis.Dolan. 69. n.1. Afflict. in Constit. Regni, circa violentiam,Rubr.26. nu. 32. conclus.4. Carpan.ad stat.mediolan. cap. 219. nu.6.exterum autem non teneri cõcẽdit, At qui nulla probabilis diuersitatis ratio inter vnum, & alterum casum assignari potest, dum exterus corpus collectarum oneribus subiectum,sicut ciuis in illa Ciuitate possider, & forensem posse collectari latè probauimus.

12 Prodeat ex abundanti apertissima ex proprijs ipsius verbis repugnantia,idem.n. fatetur, quòd si post vltimam pragmaticam creditor annua septem pro singulis centenis emeret cum pacto immunitatis, pactum non valeret; quia scienter emit,ergo non est ea ratio,quòd vniuersitas vendit super bonis propijs,quæ non veniunt inæstimo, cuius tamen contrarium supra deduximus.

Non sileo commemorare, quòd si persona venditoris sit immunis, & priuilegiata respectu gabellæ, vel collectarum, & vendat non exempto, tenetur emptor ad solutionem, quia 13 † immunitas venditoris ementem à Gabella non excusat, est communis sententia, vt tradnnt Canonistæ iu c.pen. de censib. in 6. & testarur Tiraquell. de retract.§.1. glos.13.n. 11,& 12.post maximum DD. cumulum, & pluribus late comprobat Io. Koppenn.decis.German.50. nu.17, & seq.Surd.cons.525.nu.5.qui alios congerit,Dom.Reg.Rouitus d.decis. 14 6.nu4.priuilegium.n. † personale non transit in emptorem,d.l.locatio, §.fin.ff.de publican. Pacian.de prob. lib.1,cap.63.nu.53.

15 Et in puncto,licet quandiu Vniuersitas bona possedisset, quæ allibrari non poterant;cum à se ipsa collectas exigere nequiret,si non exẽpto vendiderit, illa accarastrari debent, & oneribus,collectarum ad Vniuersitatis beneficium obligata remanent; cum ratio libertatis prædialis, quæ in vniuersitate vigebat,cesset in emptore,& ideo effectus cessare debet, ad tex. in c.cum cessante de appellationibus,& l. adigere, §. quamuis, de iure patronat. ita enixè tenet Clapper.caus.98.quæst.2. nu.3 Hoc idem respectu Ecclesiæ tradit Andr. Fachin. controuers. iuris, lib.1.cap. 91.in fine,Io.Ant.Niger in extrauag. Clem.de vit.& honest.Cleric. num. 16 184.cum † priuilegium de persona in personam non transeat, & mutatione personæ priuilegiũ extinguatur,l.licitatio, § mercatores, ff. de publican,& vectigal.Rol.cons. 61.n. 5.lib.4.Dominus Regens Tapia in l. fin.ff.de constit.Princip. cap.3.n.71.

SVM-

SVMMARIVM

1 R*Etorquetur argumentum contra Zappullum.*
2 *Quod in creditorum onus inducitur, nõ in eorum fauorem conuerti debet.*
3 *Inducta ad vnum effectum, contrariũ operari non debent.*
4 *Collectas patrimonialium, & extraordinariorum vnusquisque ratione dominij soluere cogitur, præsertim in Regno, vigore capituli, in singulis, & num. 5*

Caput XV.



1 Ic sanè non leuis scrupulus ab eodem Zappullo adducitur, quòd dum pretium iustum est declaratum ad rationem septem pro singulis centenis, si creditor solueret collectas, siue onus bonatenentię, censum perciperet ad minorem summã, & ideo non esset iustum pretium taxatum, quòd tamen semper à vero credidi alienum, & contorquendo argumẽtum, facilè declinatur, siquidem Regia Pragmatica in fauorem Vniuersitatũ emanata disposuit, quòd Vniuersitates in futurum ad maiorem summam septem pro singulis centũ soluere non possint, sic iustum pretium, statuendo. si ergo onera collectarum ad creditores spectantium Fisco soluerent, summam taxatam excederet, contra ordinem ipsius Regiæ Pragmaticæ, nec ea creditores ab onere prædicto eximere voluit; quia hoc

2 expressisset; cum.n. † in creditorum onus induxerit, non idcirco in eorum fauorem debet conuerti. l. relegatorum, §. fin. ff. de interdict. & releg at. l. siue hereditaria, ff. de neg. gest. l. ne quis, C. de accusat. Dyn. cons. 1. nu. 3. & 7. Pręterea Reg. Prag. ad releuandas Vniuersitates emanata fuit:

3 † inducta autem ad vnum effectum, contrarium operari non debent. l. legata inutiliter, in ff. de adim. legat. & in ff. de legat. 1. l. 3. §. si emancipatus filius, ff. de bonor. possess. contr. tab. l. si mancipia; in principio, ff. de fund. instruct. Rol. cons. 23. nu. 16. lib. 4. Regens Valenzuela, cons. 35. num 43. cons. 42. nu. 36, & cons. 92. nu. 74 Surd. cons. 495. n. 7, lib. 4. Grati. dec 47. n. 31. Nec iuridicũ videtur, vt debitor soluat, quod ex patrimonij causa ad creditorem soluere spectat: cẽsum autem percipit ad rationem septem, iuxta taxam: onera verò soluit

4 ob patrimonium, quod habet; cum † vnusquisque obligatus sit collectas patrimonialium, & extra ordinarior. ratione dominij soluere, l. Rescripto, & ibi glos. in verbo, incolis, ff. de mũner. & honor, & alios citat Osasch. d.

5 95. n. 31. & 32. & † in Regno pro omnibus bonis, quæ quis possidet, collectas soluere tenetur, adest dictum Capitulum Regni, In singulis, & c. Porrecta, de forma appretij, Afflict. in tit. quæ sint Regal. §. Plaustrorum, nu. 4. in fin. Esto. n. quòd non Vniuersitas, sed Creditor hoc corpus alibi

teneret, nonne ipse collectas ex patrimonio prædicto soluere cogetur? hoc autem controuerti non potest, ita.n. habetur in dicta l. Rescripto, Brunor. à Sole in compendio propositionũ iuris, in verbo, Collecta, fol. 39. Ergo non ratione Vniuersitatis; sed quia patrimonium possidet, ipse soluit.

SVMMARIVM.

1 *Neapolitani ex priuilegio Regis Catholici à quibusuis functionibus & collectis pro bonis etiam accatastatis in omnibus Regni locis sunt immunes.*

2 *Rex habens iura imperij, immunitatem etiam in subditorũ præiudicium concedere potest. sed an in damnum Fisci, vel subditorum redundet, affertur distinctio, nu. 3.*

4 *Vniuersitas immunitatem concedere non potest, maximè si Communitas, seu Populus sit subiectus.*

5 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*

6 *Zappulli lapsus notatur.*

7 *Vniuersitas alios grauare non potest, eximendo aliquos à collectarum solutione.*


8 *Oneris Impositio secundum æstimationem fieri debet.*

9 *Onera realia possessor soluere tenetur pro rata bonorum, quę possidet, attenta fructum qualitate.*

10 *Ciuis in præiudicium aliorum ab onerum solutione eximi non potest.*

CAP.

Caput XVI.



1 Vbsistamus q̃ so paululũ in indagando, an fundamẽtum habeat aliud argumentum ex re iudicata excogitatum. Primum exemplum fundatur † in priuilegio Neapolitanorum Ciuium à Rege Catholico obtẽto de immunitate à quibusuis bonis: etiam accatastratis in omnibus locis Regni vt in c. 31. de Gratijs concessis, anno 1501. fol. 44. de quo loquitur dominus Regens Rouitus in pragm. 2. de immunitatibus Neapolitanorum; nã & si pendeat decisio facienda: tamen
2 non dubitatur, quin † Rex, qui habet Iura Imperij, Immunitatem etiam in subditorum præiudicium concedere possit, Abb. in c. accedentes, col. pen. de præscriptionibus, & ibi, Modern. sequntur Io. Andr. & alij in c. peruenit de Immunit. Eccles. Imola in l. ab omnibus, ff. de leg. 2. Paul. de castr. & Iason. in l. Auus, ff. de pact. Petr. de Ancharano, cons. 10. videtur efficaciter, circa fin. Paul. de Castr. cons. 187. notandum est, quòd ista Imperialis concessio, col. fin. latè Natta cons. 169. nu. 37. & seq. Cassanæ. in consuetud. Burgund. tit. des Mains mortes, Rubr. 9. §. 18. nu. 17. Mastrill. post Petr. de Vbald. Surd. Laderch. Riminald. iun. D. Franch. Alfar. & Nattam, in dec. 156. n. 25. & 26. Ma-

rius

rius Antonin.relatis Paris.Alex. Rolan.Grat.Dec.Cępal.Osasch.& alijs, in lib.2.var.resolut.resol. 60. cas.27. Octauius Gloritius in primo responso, part.3.nu.198. quod tamen † an
3 redundet in dominium Fisci, vel subditorum, latè tradit Regens Moles in d.tit.de collect. quæst.2.d.2.Sur. cōs.140.vol.1.& cōs.278.n.1.& 10. lib.2. Rolan. Cauagnol.ad decreta Montis Ferrati, lib.2. §.1. quæst.10. Moneta de decim.cap.9. quæst.3.n. 130.vsque ad n.137.Octauius Gloritius in 1.responso part.3. nu. 187. & seq.& 195.Cancer.var.resol.tom. 3.cap.13. tit. de iuribus Castrorum, nu.75.cum pluribus.seqq. vbi nu.81. & 82.inquit quòd si is, qui Immunitatem concedit, non recognoscit superiorem, potest concedere in præiudicium aliorū; verum si illud, quod erat soluēdum, pręstatur ipsi Principi concedenti tunc exemptio non onerat alios: sed detrahitur de ipso censu Principis.l.1.C.vt nulli ex vican.lib.11.Ioann.Andr.& Ant.Butr. in c.peruenit, de Immunit. Eccles. Specul.de censib.§.2. nūc dicēdum, nu.9.Si verò solutio non ipsi Principi: sed alij tertio præstatur, exemptio onerat alios, & non præiudicat illi, cui solutio est præstāda, ne illud exēptionis priuilegium Tertio noceat, c.super eo de offic. deleg.c. suggestum & C.dilecti, de decim. l.2. ff.ne quid in loc. public.l.ex facto ff.de vulg. & pupill. latè Cæphal. cons.6. lib.1.Aluar.Valasc. consult. 12.sub nu.5.vers. In alijs autem oneribus, inquit quòd in oneribus Vniuersitatibus impositis, si Princeps facit aliquos exemptos, non dicitur præiudicatum, nec Tertio, nec alijs particularibus non exēptis, sequitur Cancer.ibidē nu.84.sed ipsi Pricipi concedenti imputari affirmat, Mastrill.in tract.de magistrat.lib.3.cap.x.n.132. ex tex. in l.actores, vbi Luc.de pen. C.de exactoribus, lib.x. & in l.1.C. de excusat.mun. eod. lib.Canonistæ in cap.2.de immunit. Ecclesia. Guglielm.Raynald.Alber.& Angel.in l. si vnus, §.si pactus, n.3.ff.de pact.Specul.in tit.de cēsib.§.nūc dicēdū, vers. quòd si Vniuersitas, & alios recēset, nu.133.& seqq. & præsertim Dominus Regens Tapia in cap.4. Rubr. de Constit.Princip.n.31.latè Coler. de processu executiuo ad cap. accedentes, nu.9.& x.de præscript.qui in hac materia procedit cum distinctione, quam sequitur Surd. dicto cons. 279.Stephan.Gratian. discept.forēs. lib.1.cap.59.nu.3.& seqq.vbi adducit Coler.in loco citato, & ita seruari in Reg. Camera tradit Dominus Regens Tapia de constit. Princip. cap. 4.nu. 31.Regens Reuerter. dec. 73. lib.1.Octauius Gloritius loco citato,
4 nu.202.secus verò in † Vniuersitate, Bertrand.con.181. vol.3.in 2. parte, n.22.& seqq. quia regula est in contrarium, vt nō possit Vniuersitas immunitatem concedere, præsertim in casu prohibito, ne ex superius adductis vsura committatur, & cū res Iudicata sit ex priuilegio. ergo in con-
5 trarium est ius commune; ✠ exceptio.n. regulam in contrarium confirmat.l.nam quod liquidè, §.fin.primò responso.ff. de pœnis legat. l. quæsitū, §.denique in fine, & ibi Bart.not. ff.de

ff.de fundo instructo,tex.iũcta Glos. in §.vt autẽ,in Aut.de alien.vel permutan.reb.eccles.collat.2.cum similibus,Camillus de Medicis cons.72. nu.5.

6 Non tursus alterũ vrget exemplum de emptoribus functionum Fiscaliũ, quòd non possint collectari, nã hic pariter manifesto labitur errore; quia vltra quòd de iure magnam patitur difficultatem ex supra citatis.Tamen similiter est extra casum nostrum, tractatur.n. an priuilegium Fisci trãseat in emptorẽ, casus autem noster est,an vniuersitas concedẽdo exemptionem collectarum in venditione annuorum introituũ, valeat pactum, vt teneatur vniuersitas Fisco pro creditore collectas soluere, quas creditor soluere tenetur, Vnde ex diuersis non recta fit illatio,l. Papianus exuli,ff.de minoribus.

7 Venit etiam illud in considerationẽ, quòd & si † vniuersitas Bursam habeat communem, ex qua functiones fiscales,& debita solueret, si vendat super bonis proprijs annuos introitus ex fructib. dictorum bonorum percipiendos; tunc pro ea summa Bursa communis deficeret, & ciues illam per collectas ex bonis proprijs soluere cogerentur, & exinde Ciues per immunitatem creditoribus ab Vniuersitate concessam, grauarentur,quod ipsa facere non potest, iuxta tradita per Losæum,post Bald.Iason.& Franc. Marc. in tract. de Iure Vniuersit.part. 3.cap.9.nu.24.

Et hac ratione reijcitur aliud argumentũ, quod fieri posset à ciuibus emẽtibus ab Vniuersitate dictos anuuos introitus cum pacto immmunitatis. dum viuitur per gabellas, dicendo, nos soluimus gabellas; ex quibus soluuntur Fiscales solutiones; & debita Vniuersitatis. ergo ad aliud non tenemur; etenim venditiones, quæ fiunt ab Vniuersitate ipsis ciuibus, fiunt super ijsdem gabellis, & tunc Bursa communis deficeret,& ad supplendas solutiones necesse esset alias nouas impositiones facere, ad quas tenerentur alij ciues, & hi ciues emptores introituum remanerent exẽpti,de introitibus ẽptis, & nihil soluerent,

8 dum † impositio debet imponi sm̃ æstimationẽ bonorum, l.fin. C. de censib. & peræquat, lib. 11. Petr.Piccol.in pragm.1.de appretio nu,96.

Præsertim; quia vt plurimum gabellæ super fructibus bonorum imponuntur,vt gabella vini olei, & similes, & quilibet ciuis soluit iuxta fructus, quos ex suis bonis percipit; hi autẽ ciues emptores introitum de corporibus annuorum introituũ nihil soluerent,& damnum resultaret alijs ci-

9 uibus soluentibus,dum † onera realia non Vniuersitas,sed possessor soluere tenetur,l.2. C. sine cẽsu,vel reliq. l.2.C. de annon. & tribut.lib. 12.& quilibet pro rata bonorum,quæ possidet, attenta fructuum qualitate, tenetur,Bart. & alij in l.4.§. actor.ff. de re iudic.& in l. ad instructionem,

10 C.de Sacr.Sanct.Eccles.nec potest ciuis in præiudicium aliorum à solutione eximi, l.actores, & ibi DD.C. de exactor. lib. 10. Cardinal Paris. in pragm.1.de appretio nu.22.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *DIstinctio Domini Ferdinandi Rouiti in fine allegationis adducta, ex eiusdem argumentis eneruatur.*

2 *Ponderantur sensus, & verba Regiæ Pragmaticæ diminutionis anunorum introituum.*

3 *Responsum iuxta thema propositum dandum est.*

4 *Præfatio mentem statuentium, & ipsius dispositionis causam finalem demonstrat, & nu. 8. & 9.*

5 *Ratio semper considerari debet, vnde statuentes ad statutum condendum moti fuerunt.*

6 *Mens, & non verba in quaibet dispositione sunt attendenda.*

7 *Mens dicitur potius declaratiua, quā extensiua.*

10 *Interpretatio, quæ ex prohemio colligitur, nunquam exclusa censetur.*

11 *Mens statuentium in sequentibus, ex præcedentibus declaratur.*

12 *Mens dicta Regia Pragmaticæ ex eiusdem verbis expenditur.*

13 *Creditores ob immunitatem promissā, maiorem quantitatem, quam Regia Pragmatica statuit, exigerent.*


14 *Statutum in vno ex correlatiuis aliquid disponens, in alio quoque disponere censetur.*

15 *Statutum loquens de venditore, ad emptorem extenditnr.*

16 *Creditor, & debitor nō debent ad imparia iudicari.*

17 *Emptor census, siue creditor vltra taxatam pensionem, nec tn quantitate pensionis, aut adiecti oneris, nec quocunque alio modo venditorem grauare potest, & grauando dicitur vsura, & in hoc non ad commodum creditoris; sed ad incommodum, & onus debitoris respectus haberi debet, & nu. 18.*

Caput XVII.



1 NEc nobis arridet adducta distinctio per Dominū Ferdinādum Rouitum in fine allegationis, vt aliud sit respectu primæ pragmaticæ super Bulla: aliud verò in hac vltima pro Vniuersitatibus emanata; eò quia in prima expresè statuitur per verba dispositiua, quòd annuus census decimam pretij partem non excedat, & nihil vltra percipiatur ab emptore: at in vltima nihil disponitur de maiori quantitate exoluenda ab ipsis venditoribus: sed prohibet tantum emptores, ne maiorem exigant quantitatem, vt ex hoc inferat, quòd respectu primæ, si Vniuersitas immunitatem concessisset, & census cum oneris prædicti solutione decimam partem excederet, illud pactum tāquam vsurarium reijcitur, iuxta tradita per Dominum Regentem Rouitum eius patrem in pragm. 1. de censibus, nu. 14. quod nos supra plena manu expendimus: in secunda verò, si Vniuersitas hoc pactum fecerit; quia nihil creditor percipit

vltra septem annua pro singulis cẽtenis, validum sit hoc pactũ, & Vniuersitas collectas exigere non possit. Quoniam hæc distinctio totum eius fundamentum destruit; dum .n. ex pluribus firmare conatur, quòd Vniuersitas nihil dat de suo, aut soluit, nec creditor aliquid accipit: sed se ab onere solutionis eximit, & Vniuersitas ius exigendi remittit, hoc tam in prima, quàm in vltima pragmatica procedit, nec esset distinctioni locus; si enim nihil solueret Vniuersitas, & creditor nihil reciperet, vsurarium pactum non esset, nec in prima, nec in secunda, & verba dispositiua Regiæ pragmaticæ locum in hoc pacto non arrogarent. Immò, quod in prima pragmatica dispositũ est, & in vltima quoque dispositum perspicitur, si penitissimè verba pōderentur; nam & si respectu creditoris dispositiuè dictum sit, ne liceat maiorem quantitatem annuorum septem pro centenis singulis exigere, est quoque similiter pragmatica fundata ad beneficium Vniuersitatum, ne plus soluant, perpenso te-
2 nore, ac † sensu illorum verborum rectius librato, ibi, *& che per l'auuenire non possino pigliare à censo à maggior quantità con qualsiuoglia colore*, super quibus dicta Pragmatica fundatur per illa verba; *& hauendoci parsa detta dimanda conueniente, per esser il prezzo di sette per cento assai giusto, & maggiore di quello, che in tutta le altre Prouincie, & Regni di*
3 *tutta la Christianità si vsa*; † Cum responsum iuxta thema propositum dandum sit, vt dicit Bald. cons. 417. num. 4. in fin. lib. 2. & cons. 52. num. 2. in fin. lib. 3. Rot. Rom. decis. 120. nu. 1. post dictum tract. Cẽ-

erba Re- æ Prag.

4 cij de censibus; † ex præfatione .n. arguitur mens statuentium, & causa finalis ipsius dispositionis, l. 1. in princip. de orig. iur. Bart. in l. fin. nu. 3. ff. de hæredibus instit. & in l. 1. in princip. ff. ad Macedon. Alex. cons. 7. nu. 5. vol. 4. Dec. cons. 10. nu. 2. & cons. 386. col. pen. nu. 7. Brun. de stat. exclus. fæminar. art. 6. quæst. 27. col. 1. Surd. cons. 241. nu. 17. lib. 2. Hieronym. Gabriel cons. 113. num. 29. lib. 1. Honded. cons. 11. num. 10. lib. 1. Cacheran. decis. 58. nu. 5. vbi alios citat, Ludou. Molin. lib. 1. cap. 5. nu. 1. de primogen. hispan. Ludouic. de Casanate cons. 20. nu. 34. & 35. vbi quàm plures recenset, & cōs. 38. num. 68. alios cumulat Menoch. lib. 6. præsumpt. 2. num. 3. & sequens dispositio à præfatione restringitur, & declaratur, Bart. in l. cum hi, in princip. & §. eam transactionem, nu. 1. ff. de transact. Rom. cons. 16. col. 2. Aretin. cōs. 132. col. 4. Hieronymus à Laurentiis decis. Auen. 66. nu. 8. de Ponte cons. 154. num. 58. & 59. lib. 2.

5 Semper enim consideranda est ratio, quare statuentes ad Statutum condendum moti fuerunt, Bart. in l contra ff. de legib. Paris. cons. 83. nu. 13. & seq. vol. 3. post Bart. Angel. Alex. & Soccin. per eum relatos, Alex. cons. 54. num. 9. & seq. vol. 4. Osasch. d. decis. 58. nu. 6. & 7. Gram. decis. 65. nu. 48. Magon. decis. Florẽtin. 4. nu. 18. quia ratio, & mens est prima in intẽtione disponentis, Soccin.

cin.cons. 59.nu. 20.vol.4. & est illa, quæ declarat, ampliat, & restringit quamcumque dispositionem, Bart.in l.cum pater, §. dulcissimis, ff. de legat.2.Paris.cons. 32.num.62. vol.1. cons.85.nu.9.vol.2.cons.102.nu. 6. vol.1.Rol.cons.73.num.44. lib.1.& mentem esse radicem verborum, & substantiam primam, inquit idem
6 Rol.cõs.99.nu. 49.lib. 4.Itidẽ † Mẽs, & non verba sunt in qualibet dispositione attendenda; mens enim est tanquam anima, & verba tanquam corpus, Bald.in l.si quis seruo, C.de furtis, Dec. in secundo requirit, de appellation. Decian.cons.15.nu.14. lib.1.Surd.cons.559.num.12. lib.4. Tiraquell.in l.si vnquam, in verb.libertis nu.46.& 48.C.de reuocand. donat. Gratian.discept.forens.lib.4. cap.755. nu.23.Magon.decis.Florẽ-
7 tina 4.nu.18.& 19. & † mens potius dicitur declaratiua, quàm extensiua, glos.in l.Cæsar, ff.de publican.& vectigal.Tiraquell.de retract.lignag.§. 1.& glos.9.nu.106.& §.20.glos.vnica, nu.3.Intrigl.sing.332.nu. 3.lib. 1.Guttierez.pract.quęst.lib.1.quęst.
8 89.nu.3.& in puncto †, quòd mens pragmaticæ ex prohemio colligatur, inquit Lanar. cons.61. nu.8.Ratio; quia causa posita in prohemio totam determinat dispositionem, Hieronymus Gabriel, post alios in cons.155.nu.1.lib.2.Brunor.à Sole, quæst.21.nu.20.Barz.decis. 97. nu. 17.29.& seqq.

9 Finalis quoque dispositionis causa colligitur. d.l.fin.ff.de hæred.instit. & d.l.1.in princ.ff.ad Macedon. vbi Bartol. Bald.in l.nostram, nu.1.vers. tu dic, C.de testam. Curt. iun.cons. 70.nu.7.vers.confirmatur tertiò, lib. 1. Crauetta cons. 192.num. 2. Surd. decis.43.nu.10.Iacob.Gall. cõs.43. nu.6.Camill.de Medic.cons.71.nu. 68.Regens Valenzuela cons.71.nu. 84.

10 Adeo, vt † interpretatio, quæ ex prohemio deducitur, nunquam exclusa censeatur, Paris. cons. 69. nu. 18.lib.4.Chartar.decis.Genuæ, 67. nu.36. & 37. & talis causa censetur, & in sequentibus repetita. l. 1. ff. ad Macedon.Crauetta cons.192.n.21. Bald. in l.hæc verba, C.de fals.caus. adiect.Roland.cons.67.nu.71.& 72. lib.3.Surd.cons.210.num. 28.lib.2. Gratian.discept.forens.cap.742.nu.
11 7.& 8.lib.4. † Ita etiam statuentiũ mens in sequentib. ex præcedentibus declaratur, l. si fuerint, §. fin. ff. de reb. dub. l.ille, aut ille, §. cum in verbis, ff.de legat.3. Bart.in l.Centurio, ff.de vulgar. & pupillar.Curt. iun. d.cons.70.num.1.& seq. lib. 1. Alex. cons.47.n.18.vol.1.Honded. cons. 8. nu. 48.lib.2. Laderch.cons. 102.nu.2.& 7.Pacian. cons.9. num. 27.Surd.cons.179.nu.56. & 57.

12 Sic in casu nostro, quia mens Statuti fuit, vt Vniuersitatibus prospiceret, ne ad maiorem quantitatem, quàm septem annua pro singulis cẽtenis soluerent, vt ex præfatione; ideò disponendo mandat, quòd creditores, nec directè, nec indirectè sub quolibet colore plus exigere possint, quæ verba apertè demonstrare videntur, quòd sub colore immunitatis creditores aliquid percipere nequeant, nec Vniuersitates sol-

soluere valeant, ad quod facit decisio Auenion. 66. in his præcisis terminis relata per Hieronymum a Laurentijs ex Bulla Iuliana, quæ, pēsiones ad septem pro singulis centum reduxit.

13 Porrò dubitari non potest; quin ex pacto prædicto maiorem quantitatem creditores exigerent; dum Vniuersitates pro ijs collectas Fisco soluere deberent ex superius adductis. ergò eadem ratio, quæ militat in prima, & in secunda militare dignoscitur.

14 Adiuuat propositorum intentionem ea solida ratio, quòd Statutum disponens aliquid in vno ex correlatiuis, in alio quoque disposuisse iudicatur, l. fin. C. de indict. vid. tollend. l. fin. de acceptilat. Bald. in l. cū te. C. si cert. pet. Cūrt. senior, cons. 11. Iason. cons. 112. lib. 1. & in d. l. fin. Petr. Ioan. Ancharan. quæst. 27. nu. 2. part. 1. Ludouic. decis. Lucens.

15 25. nu. 32. † Hinc videmus, quòd Statutum loquens de venditore, ad emptorem extenditur, l. 1. ff. de calumn. l. 1. C. de cupress. lib. 11. facit glos. in c. si postquam, de elect. in 6. Caballin. Milleloq. 610. Anna in repet. Const. constitutionem diuæ memoriæ, nu. 256. vnde cum Pragmatica disponat, quòd creditor nō exigat ad maiorem quantitatē annuorum septem pro singulis centenis. Ergo censetur disponere, quòd Vniuersitas venditrix ad maiorem quantitatem minimè soluat, vel quia venditor, & emptor, vel quia creditor, & debitor sunt correlatiua, l. cū emptor, in principio, ff. de rescind. vendit. l. bonafides, ff. de act. empt. l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, ff. de iure iurand. l. fin. ff. de acceptilat. Cæpolla in l. debet, de ædilitio

16 edict. sub nu. 2. & † creditor, & debitor non debent ad imparia iudicari, l. fin. C. de fruct. & lit. expens. Giurba decis. 49. num. 16. Monter. decis. 6. nu. 15. & post Bartolum tradit Dec. in l. 1. in 3. lectura, sub nu. 91. ff. si cert. pet. id pluribus DD. authoritatibus, & varijs decisionibus latè comprobat, Ias. in l. fin. nu. 17. C. de indict. vid. toll. Alex. Galuan. cons. 21. num. 2. & cons. 24. Fab. de Monte in tract. de empt. & vendit. in 2. quæst. princ. num. 32. & 33. Viu. com. opin. in verbo, Spoliatus, vers. Statutum contra venditorem, Emanel Suarez in Thesaur. recept.

17 sentent. 5. nu. 30. † id autem adamussim tradit, Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæst. 6. nu. 39. vbi post quæst. traditam, num. 37. quòd in perceptione vnius annui pro quatuordecim sortis (quam iustam appellat) nullatenus liceat augere, vel aggrauare, nec in quantitate pensionis, aut adiecti oneris, vel alio quocunque modo, quin vitium sit vsuræ, superabundantiæ, vel incrementi illiciti, adeò, vt creditor, siue emptor, nil aliud commodi à debitore siue venditore, nec directè, nec indirectè, nec per se, nec per alium vltra taxatam pensionem exigere possit, quin sit vsurariū, & restitutioni subiectum, subdit deinde in hoc ad-

18 uertendum esse, vt † habeatur respectus nō ad commodum, aut versū in rem creditoris: sed ad incommodum,

dum, & onus debitoris, ita ut ad sũmum non grauetur, neque onoretur facto creditoris vllo modo, vltra quàm sit onus prædictum vnius annui pro quatuo decim; quod cum igitur appareat ex supradictis, quòd Vniuersitas solueret collectas, quarũ solutio ad emptorem, seu creditorẽ spectat, ideo rijci debet illud pactũ emptionis, ne vsurarius iudicetur cõtractus, Ludouic. de Auendan. de censib. hispan. c. 28. num. 3. in fin. ex Valasch. de iur. emphit. quæst. 32. nu. 12. & quæst. 10. num. 51. & alijs, Ioan. de Salas, in suo tract. de censib. dub. 52. cum alijs, Molfes. de contract. part. 2. tract. 12. c. 6. num. 42. Duard. de censib. §. 2. quæst. 21. nu. 23. & 24.

SVMMARIVM.

1 *Annui introitus minori summa emuntur à diuite, quàm a paupere.*

2 *Emens à Fisco, vel ab Vniuersitate in maiori securitate est, quàm emens ab alijs.*

3 *Fiscus, & Respublica semper soluendo esse dicuntur.*

4 *Ptetium iustum esse dicitur summa annuorum ducatorum septem pro singulis centenis, secundum Regiam Pragmaticã, quod ex consimili Bulla Clementis Octaui comprobatur.*

5 *Annui introitus tempore Romanorum ad rationem quinque pro singulis cẽtenis alienabantur, & ad rationem quinque, sex, vel ad summum septẽ, legitimus existimatur.*

6 *Contractus annui redditus ad rationẽ decem pro singulis centenis, circumscriptis Bullis Summorum Pontificũ, vsurarius reputatur, prout quoque ad rationem octo.*

7 *Pretium census varijs in locis multipliciter taxatum fuit.*

8 *Censum vltra summam à Principe taxatam exigens, malæ fidei possessor, ac vsurarius iudicatur.*

9 *Census si minori pretio ematur, quàm à lege fuerit taxatus, contractus dicitur vsurarius.*

10 *Diminutionem per Regiam Pragmaticam factam à decem ad septem, tã pro præterito, quàm in futurum, legitimè factam fuisse probatur.*

Item Princeps secularis potest ex iusta causa pretium iustum census prius taxatum, ad minorem summam reducere.

14 *Pretium taxatum à Principe, dicitur iustum.*

11 *Lex est quod Princeps constituit, & lex iusta, & rationabilis præsumitur; & nu. 12.*

13 *Pretium, quod non est certum, pro declaratione ad Principem recurrendum est.*

15 *Pretium iustum dicitur, quod à lege, vel Statuto est constitum.*

16 *Pretium iustum censetur, quod in necessarijs aduictum à Principe taxatur.*

17 *Exigens vltra id, quod sibi debetur, vsurarius dicitur, & restituere tenetur.*

18 *Contractus, per quem possit quis vltra septem à pragmatica taxatos exigere, nullo pacto, nec iuramento firmari potest.*

19 *Solutum vltra summam à Statuto ta-*


xatam, in sortem cōputatur, & n. 23.

20 *Venditor census soluens collectas, vltra modum taxatum, illud plus pro collectis solutum, ex sorte deduci debet, & census de residuo debetur.*

21 *Vsuræ supra licitum modum promissæ illicitæ dicuntur.*

22 *In constitutione redditus quidquid vltra modum limitatum vsuræ, siue directè accedit, vitiosum, & à legibus reprobatum dicitur.*

Caput XVIII.



Vperest aliud argumẽtum diluere, quod æneum ex aduerso appellatur, vt tantò clarius veritas, quę oppugnatur, expulsis nebulis, in lucem progrediatur; ponderant enim diuersam esse rationem in prima, quàm in secunda Pragmatica; cum in prima per Bullam census ad decem pro singulis centum emi posse permittatur: in secunda verò hãc facultatem diminutam per secundã Pragmaticam, & non per Bullam, ideoque arbitrio contrahentium remansisse, vt immunitatem collectarum concedere possint, dummodo pretium per Bullam statutum non excedant.

Et omittendo vanas, & superfluas disputationes, rem ipsam ad veras iuris conclusiones perstringẽdo, animaduertendum est, quòd & si Bulla generaliter respectu omnium illud permiserit; attamen, quia census pretiũ ob maiorem, vel minorem ementis

1 securitatem, variari potest; cum † minori summa ematur à diuite, quàm à paupere, vel egeno, vt considerat Boccacc. d. tract. part. 3. nu. 50. & latè tradit, Cencius in eodem tract. part. 2. cap. 1. quæst. 1. art. 4. num. 20.

2 † & in maiori securitate est, qui annuos introitus à Fisco, vel ab Vniuersitate debitos habet, quàm ab aliis; is enim pro idoneo ad satisdationem excludendam reputatur, vt post Iasonem, Ruinum, & Tiraquell. tradit Caroc. de excuss. part. 2. quęst.

3 44. nu. 30. † quippe quòd Fiscus, & Respublica semper soluendo esse dicantur, l. 2. ff. de fund. dotal. l. 1. §. ad Fiscum, ff. vt legat. nom. cau. ita gloss. & Bart. in rubr. C. de iure Fisci, Bald. in l. 1. nu. 7. C. de hæred. vend. & cons. 163. in princ. vol. 1. Soccin. cons. 46. nu. 21. vol. 4. Peregr. de iure Fisci, lib. 1. tit. 1. nu. 34. & in decis. 70. nu. 7. Camill. de Medic. cons. 148. nu. 11. Regens Valenzuela, cons. 39. nu. 63. Surd. decis. 183. n. 7.

4 Ideo sicuti Prima iustum pretium vsque ad decem annua generaliter statuerat, hæc vltima respectu Fisci, & Vniuersitatum iustum pretium ad septem pro singulis centenis statuit, habita ratione ad maiorem ementiũ securitatem, qui in tuto collocantur ab eis emendo, & ita quoque Summus Pontifex Clemens Octauus respectu Vniuersitatum ecclesiastici Status idem affabrè statuerat, vt dilucidè ex eius Bulla perspicitur sub datum Romæ, primo Maii 1592. anno primo sui Pontificatus, quæ adducitur

ducitur in principio tractatus Cencij, quam in d.art.4 nu.24. ipse põderando refert; & nouissimè per Patrem Duardum de censibus, ante prohæmium, pag.15.& §.2.quæst.21 nu. 12.& quòd respectu aliorum iustum pretium ad rationem decem pro singulis centenis remanet, respectu Fisci, & Vniuersitatum ob maiorem securitatem in septem statutum est.

5 Nec mirum; quia etiam tempore Romanorum annui redditus ad rationem quinque pro singulis centenis alienabantur, Soccin.in l.3.§.itẽ si Respublica, n.13. Tiraquell.de retract. lignag. §. 1. glos.6. Camill.de Medic.cons.152.nu.92. & ad rationem quinque, sex, vel ad summum septem, legitimum dicunt, Menoch. cons.445.nu.11.& 12. Farinac. cõs. 54.nu.2. Ioannes Baptista Costa, de remedi. subsid. Remed.124. nu, 28.

6 † Ideò circumscriptis Bullis Summorum Pontificum, contractus annui redditus ad rationem decem ꝑ singulis cẽtenis vsurarius reputatur, Petrus de Ancharan.cons.257. Item ad rationem octo dicitur vsurarius, Laurentius de Rodulphis, in repetit. 1. constituit, vltima quæst. de vsuris, Natta cons. 498.nu.11.& 12. sed ad rationem quinque vsurarius non intelligitur, Cuman.cons.181. col. 2.

7 Natta ibidem, idcirco per Carolum Quintum in Germania prouisum fuit, quòd census prædicti redimibiles non possent aliter vendi, quã ad rationem quinque pro singulis centum, Felic. de censibus, cap. 1. sub nu.18.in fin.idem in Varmatiẽsi Statuto comprobatum fuisse refert, Couar.post Molin.lib.3.var. resolut. cap.10.sub nu.2.apud Gallos ad rationem similiter quinque pro centenario, Couar.ibidem, sub nu.2.in Regno verò Nauarr. ad rationem sex pro centanario fuit decretum, Felic.d.c.1.sub nu.18. Duardus in tract.de censibus §.2.quæst.21. nu. 17.18. & 19.

8 Vnde cum Principis Cõstitutione sit diffinitum pretium, vt vltra septẽ pro singulis centenis annui census constitui non possint, si vltra modũ taxatum constituatur, emptor malæ fidei dicitur; quia contra iura mercatur. C.qui cõtra iura, de regul.iur. in 6.l. quemadmodũ C. de agricol. & censit. lib.10. & hanc inuincibilẽ fœneris coniecturam esse dicit, Ripa resp.21.nu.10.vers. quinta coniectura, de obl.vol. 2. quam refert, & sequitur, Mantica de tacit.& ambig. lib.8.tit.22.nu. 16.

9 † dicitur autem vsurarius contractus, si minori pretio, quàm à lege fuerit taxatus, census ematur, post Bertrand.cons.206. lib.3. Nauar.cap.1.14.quęst.3.num. 54. Felician.de censibus, lib.1. cap. 9.nu.12.& lib.2.cap.1.num.23.latè Duard.de censibus, §. 2. quæst. 26. nu.1.& seqq. Roderic.de annu.redit. lib. 1. quæst. 7. nu.6.& 20. Regens Valenzuela, cons.62.nu.26.& seqq.

10 Rursus controuerti nõ potest, quin Princeps Secularis illud taxare potuisset, diminuendo à decem ad septem, ita tradũt D.Thom.2.2.quęst. 57.art.2.in fin.Couar.in regula peccatum, part.2.§.8.nu.10.Reg.Rouiuitus in pragm.2.de censibus, nu. 1. & 2.

& 2.& in pragm.5.eod.tit.Pretiū.n. legitimum vno tempore, poteſt alio tempore eſſe exceſſiuum, Et iuſtum in vno loco, in alio iniuſtum, Et ad Principem pertinet reducere pretiū ad æqualitatem, & exinde circumfertur,quòd,dum in Germania,& in Polonia pretium cenſus fuiſſet aliquando definitum ad rationem decem pro quolibet centenario, vt teſtatur Leſſ. de iuſt. & iur. lib. 2.cap. 22. ſub nu.104.Carolus Quintus in Germania ad minorem quantitatē illud reduxit,Andr.Gaill. lib.2. obſeruat.5.nu.11.circa fin. Regēs Rouit.d.pragm.5.de cenſib.nu.4.Molfeſ.de contract.to. 2.tract.12.cap.6. ſub nu.85.Duard.de cēſib.S.2.q.21. ſub num.13.poteſt.n.Caput Regni propter bonum commune particularibus ſubditis præiudicare, Leſſ.de iuſt. & iure, lib.2.cap.5.dub.7. in 2. dicto, Dec. poſt Innoc. in c. qui in Eccleſiarum, de conſtit. & in l. fin. C. ſi contra ius,vel vtil.publi. Molfeſ.ad conſuetud. Neapolit. part. 4. tit.de renunciat.quæſt.4.n.26. Nec diſputandum eſt de poteſtate Principis, vt poſt alios ait Muta deciſ.44. nu.2. idque non ſolum ob contractus facturos; quia poteſt Princeps vſuratum modū cōſtitúere,dummodo limites à Sacris Canonibus conſtitutos non tranſgrediatur, Matthienſ. lib.5.recopilat.tit.15.in l. fin. & ibi, Azeued.Couarr.var. reſ. lib. 3. cap. 10.poſt nu.3.ſed etiam quo ad contractus iam perfectos, Ludouic. Lopez in inſtructorio negotiantiū,lib.1 cap.58.verſ.hoc ita affirmamus,&ex his motos fuiſſe, præcedente cōſultatione, ad emanandam dictā pragmaticam,teſtatur Dñs Reg. Conſtātius ad l.1.2.& 3. C. de fiſcal. vſur. num.33.& ita, vt diximus, Clemens
11 Papa Octauus diminuerat,& † quod Princeps cōſtituit,lex,eſt l.1.de Cōſtit.Princip. Bald.conſ.248. & conſ. 262. verſ.cōcludo igitur, lib.1.Mu-
12 ta deciſ.44.nu.2.& † lex præſumitur iuſta, & rationabilis, cap. erit autem
13 lex,4.diſtinct. 32.adeo,vt † ſi certū non eſſet pretium,ad Principem pro declaratione recurrendum eſſet,Ripa lib.1.reſponſ.tit.de Conſtit. Reſpōſ.14.n.3.& ſeq. Cencius d.tract. part,2.cap.1.quæſt.1.art.4.num.15.
14 † Pretium enim, quod à Principe taxatur, dicitur iuſtum, Couar.var.reſ. lib.2.cap.3.n.5.Rota Marchiæ,dec. 28. Sola in decretis Sabaudiæ, de cenſibus, gloſ.1. n.6. part. 3. Franc. Auiles, in cap.17.Prętorū,in verbo Rationalibus pretios, nu,1. Maſtrill. deciſ.17.n.9.& ſeq. Roder. de ann. reddit.lib.2.quæſt.5.nu.42. Anton. de Amat.reſolut.34.nu.45. Duard. de cenſibus, S.2.quæſt.21.num. 51.
15 † Quis autem contradicet,vt iuſtum dicatur pretium, q̃ à l.vel Statuto conſtitutum eſt. eſt tex. Serenus in l. 1.S.cura carnis, ff. de offic.Præfecti Vrb.vbi Bart. & omnes,D.Thomas 2.2. quæſt.33.art.1.Alber.in prima part.ſtatut.quæſt.69.Angel. Aret.in S.pen.inſtit. de public. Iudic. Petr. Nauarr.de reſtit.lib.3.c.2.Menoch. de arbitr.iud.caſ.514.lib.2. conſ.6. nu.6.Couarr.lib.3.var. reſol. cap. 9. nu.6.ad fin.Pinell.in l.2.cap.4.n.35. part.3.C.de reſcind.vēdit. Koppen. deciſ.44.nu. 11.Caballin. Milleloq.

417. qui alios cumulat, Mascard. cõcluſ. 650. in fin. Maſtril. de magiſtrat. lib. 1. cap. 21. nu. 10. Roderic. de annuis reddit. lib. 2. quæſt. 3. nu. 42. pro
16 vt quoque † in neceſſarijs ad victũ, iuſtum cenſetur pretiũ, quod à Principe taxatur, Cagnol. in l. 2. nu. 269. C. de reſcind. vend. Couarr. var. reſ. lib. 2. cap. 3. n. 5. Pinell. in d. l. 2. part. vlt. nu. 35.
17 At quando exigitur vltra quod debetur, dicitur vſura, 14. quæſt. 3. c. fin. prudenter expendit D. Regens Valenzuela, conſ. 62. n. 27. 28, & 33. quo loci ex Roderic. de annu. redd. lib. 1. quæſt. 12. nu. 21. ad fin. in puncto
18 † tradit, quòd quando fuit ſtatutum pretium ſeptem pro ſingulis cẽtenis, contractus vltra taxam nullo pacto, nec iuramento firmari conſtanter aſſerit; quæcunque enim tranſgreſſio prætij taxati eſt contra iuſtitiam, iuſti latitudinem excedẽs, Molina de contractibus, diſput. 364.
18 nu. 2. † & qui ſupra modum legibus præſcriptũ vſuras accipiunt, ſtipulationi detrahunt, & quod ſolutũ eſt in ſortem computare tenentur, l. pecuniæ. l. vſuras, & l. placuit ff. de vſuris. l. eos § ſi quis, C. eod. Duard. de cenſib § 2. quæſt. 26. n. 1. & ſeqq.
20 † & ideo ſoluente debitore collectis vltra modũ taxatum, illud plus ſolutum de ſorte deducere debet, & cenſus, ſeu annui redditus non debẽtur, niſi de reſiduo, Gaſpar Roderic. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 4 ſub. nu. 6. verſ. vnde fama, ſequitur Floridus Mauſon. de cauſ. executiũ.
21 ampliat. 29. nu. 148. † vſuras quoque ſupra licitum modum promiſſas penitus illicitas dicit tex. in l. ſolutum, §. ſi in ſortem, de pignorat. act. latè Ioannes Borcolten in tract. de vſur. cap. 5. de pignor. quib. afficiuntur qui ſupra modũ legib. præſcript.
22 vſuras exigunt, & † in conſtitutione redditus, quicquid vltra modum limitatum vſuræ, ſiue directè, ſiue per indirectum accedit, illud vitioſum eſt, & legibus reprobatum, ita ſanè ex c. 1. & 2. & c. conquæſtus, extra de vſur. tradit Ioannes Griuell. deciſ. Dolan. 83. nu. 8. Annæus Robertus, rer. iudicat. lib. 2. cap. 8. Roderic. de annu. reddit. lib. 2. quæſt. 21.
23 Itidem quando plus in vſuris ſoluiſſet, quàm deberet, in ſortem imputandum eſſe inquit tex. in l. creditor, §. Titius ff. de ſolut. & ſortis pro ea rata factam eſſe extinctionem ait tex. in l. eos C. de ſolut. & in l. aliter, de compenſat. Menoch. conſ. 445. in fin. vol. 5. pro vt ſit in omnibus contractibus illicitis, & pignoratijs, Caualcan. deciſ. 2. nu. 32. part. 2. Gabriel. cõſ. 73. vol. 1. Natta conſ. 498. Coſta de Remed. ſubſidiar. Remed. 124. nu. 22. Immo non obligari contrahentes, & repetitionem ſoluti ipſis competere dicit Viuius d. deciſ. 369. nu. 19. poſt dominum Rouitum in pragmatica. 3. nu. 2. in rubric. de empt. & vendit. Polidor. Ripa obſeruat 158. Coſta d. remed. 124. n. 24.

SVMMARIVM

1 *ANnui introitus ad rationem decẽ pro ſingulis centenis venditi cum pacto immunitatis collectarum, contractum nullum reddunt, ad*

X quod

quod res iudicata per Sacrum Concilium adducitur, & nu. 2.

3 *Contractus si fiat vltra modum à Statuto taxatum, dicitur nullus, & continet iniquitatem, nec naturalis ex eo oritur obligatio.*

4 *Contractus contra formam legis dicitur nullus*

5 *Vsura si vltra debitum modum promittantur, contractus vsq; ad debitum modum validus censetur.*

Caput XIX.



EX his puto cumulatè ostēdisse immunitatē collectarum in vtroq; capite nō deberi simulque dubijs contra hanc opinionem excitatis, satisfecisse. verum ne hęc resolutio iudicati authoritate careat, illam in vtroque capite adducere libuit
1 †; respectu.n. primæ Pragmaticæ sic in puncto per sacrum Concilium iudicatum, existente commissario Antonio Cadena, in causa D. Alonsi de Leyua, testatur Camill. de Curt. in suo diuersor. Iuris feudal. §. reddeūdo igitur, nu. 7. fol. 24. affirmant etiā Ioānes Audreas de Georgio in Repetit. feudal. cap. 42. nu. 9. Flauius Amendola ad decisionem Vincētij de Franchis, 159. nu. 4. qui nu. 5. ex summa Corona, & alijs summistis, & Nauarra. vsurarium contractum esse
2 concludit †, quin idē de Curte contractū nullum fuisse declaratū, ipso patrocinante, affirmat, quod vltimū, & si turbidum dogma videatur; non tamen defuerunt, qui contractum censualem iustum prætium à lege diffinitum excedentem in totum vitiari affirmauerint, nimirum Guido Pap. conf. 180. Bertrand. conf. 206. lib. 3. Ioannes Philip. de释ternò de censib. lib. 1. cap. 9. nu. 12. & lib. 2. c. 1. nu. 28.
3 Astipulatur etiam, quòd vbi Statutum in rebus vendendis pretiū imponit, si ea forma non seruetur, nil valet cōtractus, etiam cū iuramēto; quia deficit forma, & quia cōtractus continet iniquitatem, & est vltra modum à statuto taxatum, non nascitur obligatio naturalis .l. si non sortem, in fin. princ. de condict. indebit. quia lex damnat contractum tāquam iniquum, Roderic. Suarez in l. 1. tit. da las. arras. nu. 27. Duardus de censibus, §. 2, quæst. 26. nu. 4. vers. Tertiò probatur, & num. sequentib.
4 & † contractus contra formam legis dicitur nullus, l. non dubium, vbi glos. Bart. Bald. & alij C. de legibus, Imol. & Franch. d'Aret. & alij in l. ra ff de testam. Nauarr. conf. 10. nu. 1. de vsur. lib. 5. Iacob. Gall. conf. 83. nu. 2. Carauit. in pragmat. de Senat. Consult. Maced. §. 15. nu. 10. Vinius decis. 369. nu. 18. Amendola ad d. decis. 159. de Franch. sub nu. 3. Sed
5 † in contrarium alios commemorat Marcell. Conuersan. ad quæst. 45. Intrigl. in tract. de censib. litera E. vt ad æqui librium, & stateram Bullæ reducatur; quia si vsuræ vltra debitum modum permittantur; contractus tenet vsque ad debitum modum

dum, l. placuit, ff. de vsuris, l. vsuras, & ibi not. ff. eod. tit. Castrens. cős. 114. nu. 3. vers. & ita possunt stare, & nu. 4. lib. 2. Milanēs. decis. 2 n. 54. & 55. lib. 2. Io. Baptista Costa in relato remed. 124. nu. 20. & ita post Gail in obseruat. 5. nu. 19. lib. 2. Thesaur. in dec. 154. in fin. & ibi filiū in addit. & in quæst. 59. n. 4. lib. 1. tenet Dñs Reg. Constantius ad l. 1. 2. & 3. C. de fiscalib. vsur. n. 37. idq; potius ex sūma æquitate, quàm de iuris rigore, Duard. de cēsib. §. 2. quæst. 21. n. 54. & quæst. 26. nu. 14. 15. & seqq.

SVMMARIVM.

1 *Decisio Regiæ Cameræ in hac principali quæst. adducitur, ut teneatur creditor, seu emptor annuorū redditūum soluere collectas, non obstante pacto immunitatis.*

2 *Exemplis superiorum: non autem inferiorum est iudicandum.*

3 *Exempla Supremi Tribunalis multū apud Iudices debent praualere.*

4 *In re dubia semper aliorum Iudicium est amplectendum.*

5 *Firmius est iudicium, quod multorum sententia confirmatur.*

6 *Refertur tandē decisio in hac præcipua quæstione facta per Regium Collaterale Consilium cū interuentu Regię Cameræ Summariæ ad fauorē Vniuersitatum huius Regni Neapolis, patrocinante pro ipsis Vniuersitatib. Authore, de ordine ipsius Regij Collateralis Concilij, ac Regiæ Cameræ Summariæ.*

Caput Vigesimum.



1 Vo verò ad alterum attinet caput respectu secundæ pragmaticæ, ita in indiuiduo eadem Regia Camera, die 13. Septembris, 1613. ad relationem, tunc Præsidis Iulij Petræ iudicauit, pluresq; perlegi prouisiones per eandem Regiam Cameram, deinde pro dicti decreti exequtione expeditas, quòd emptor census teneatur ad collectas ob pacti immunitatis non existentiam, & in collectis decisio Regię Cameræ maximè prodest, vt considerat Loffred. cons. 36. col. 3. vers. non obstat, n. 9. sequitur Franch. decis. 56. nu. 7.

Cæterum non expedit in re nitida, & sapienter definita per summa Tribunalia Sac. Concilij, & Regiæ Cameræ, alias subtilitates quæritare;
2 cum † exemplis non inferiorum: sed maiorum sit iudicandum, ad tex. in l. nemo, vbi Bart. C. de sent. & interloc. omn. Iud. Host. & Butr. in c. cum Bertoldus de re iudicata, Affl. dec. 383. nu. 8. Menoch. cons. 282. nu. 37. Surd. cons. 403. n. 83. lib. 3. Stephan. Gratian. discept. forens. lib. 3. c. 544.
3 nu. 33. † Supremi enim Tribunalis exempla multum apud Iudices præualere debent, Dom. Reg. Rouit. lib. 1. cons. 18. nu. 3. & cons. 78. num. 2. Menoch. cons. 264. nu. 46. lib. 3. Ses-

sæ decis.187.nu. 10. nec malefaciũt si sententiam Senatus sequantur, inquit Rebuff.in prohem. concor.vers. vigesimo tertiò, Cabedo decis. 212 per tot.& sigdaser n.7.part.1. Gam. decis.228.Valasch.consult.148. nu. 126.& 27.lib.2. Fontanella de pact. nupt.tom.2.conclus.7.glos.1.part.2.
4 nu.53.& seqq. † cum etiam in re dubia semper aliorum iudicium sit amplectendum, Cæphal.conf. 25. nu. 16.lib.1.Silua Nupt.lib.5. in verb. quomodo iudicand.nu.62.ad med. vers. sed quicquid sit, Menoch.cõs. 320.nu.45.Turett.cons.5. num. 19. vol.1.Cæsar Batz.in cons.vnic. post decis.nu.175.Surd.d. cons.403. nu. 83. & cons.311.num.17.lib.3.quasi
5 † firmius sit iudicium, quod multorum sententia confirmatur. c.prudẽtia, de offic.delegat.
6 Ex quibus die 22. Mensis Martij 1633 fuit hæc ingẽs quæstio terminata per Regium Collat.Conc.cum interuentu Regiæ Cameræ Summariæ ad fauorem Vniuersitatum huius Regni Neap. me ipso Authore pro dictis Vniuersitatibus Aduocato, ordine ipsius Regij Collateralis Consilij, ac Regiæ Cameræ Summariæ, fuitque prouisum, quòd tam exteri huius Regni, quàm Vniuersitatum ipsius, super quibus possidẽt annuos introitus, soluant ipsis Vniuersitatibus bonatenentiam ad rationem ducatorum duorum pro singulis cẽtenis, ita vt ex annuis ducatis septẽ, quos prius ipsæ soluebant dictis creditoribus, annuos ducatos duos, non obstante prædicto immunitatis pacto, retineant; de qua decisionẽ meminit Dom. Hector Capyc.Latro Regiam Cancellariam Regens dignissimus in decis. Sac. Conc. 136. nu.51. & secundum prædicta ad fauorem dictarum Vniuersitatum allegata, Sac.Conc. in alia causa idem determinasse affirmat, anno 1637. & sic hisce lucubrationibus finis imponitur, nõ vt quid aliud in hac materia superandi non possit; sed quia ea, quæ propriè ad principalis articuli definitionem,& quæ correlariè magis conferrent; non autem ab illius tractatione aliena, conatu maximo differere volui.

Laus Deo, eiusq; Matri Cœlorum Reginæ.

INDEX RERVM,

Ac Verborum copiosissimus; quæ in hoc Tractatu continentur, Alphabetica serie accuratè dispositus.

Primus numerus indicat Capitulum, secundus numerum, tertius verò folium.

FINIS.



